Tractari. [f]Lagatũ purum ab initio inualidum nõ cõfirmatur impedimento ceſſante.ſecus in legato con ditionali.h.d. Oppo.j.de reg.Catonia.l.iij. Solu. Hic † in legatis, quorum dies cedit à morte teſtatoris:ibi in his,in quibus dies ce dit ab hæreditate adita, in quibus nõ habet locũ regula Catonia.Hoc tñ fallit , dicit gl. in l.ſi optio.de optio.leg.Sed certè illud eſt ideo:quia ibi tẽpus mortis,& aditæ hæredi tatis eſt vnũ:vt l.ſi poſt mortem.in princi.j. eo. Oppo.extra glo.de l.ſeruũ filij. in prin. j.eo.Solue vt ibi. Oppo.extra glo.de l.lega ta inutiliter.ſ.eo.Rñ.qđ ab initio eſt inutile,non confirmaſ per legẽ impedimẽto ceſ ſante, vt hic:ſed per teſtatorem non prohi betur confirmari:vt lege contraria. Oppo. quòd hoc legatum non eſt ab initio inutile:valet eñ q̃ ad æſtimationẽ:vt ſ.dixi. & ꝓbaſ in §.ſi duobus.j. ea.l.ergo ex pòſt facto põt cõfirmari circa rẽ: vt ſ.l.ꝓxi.§.ſi Ti tius. So.ibi ab initio conſiſtit legatũ in re ipſa:quia ſi lego libera tionem,videtur mihi res tradita,& à me tibi data:vt l.licet.de iu re do.& l.iij.§.fi.de do.inter vir.& vxo. Quærit glo.quid ſi talis eſt conditio,quæ tempore mortis impletur,an habeat locum re gula Catoniana?Reſpon.dicit glo.ꝙ ſic.quod eſt contra l.j.§.fi. j.de reg.Cato.hoc etiam patebit ex ratione quam ſtatim dicam.

2 Quæro,quæ eſt ratio † ꝙ regula illa Catoniana non habet locũ in legatis conditionalibus? Dy.in c.non confirmatur. extra, de regu.iur.lib.vj.vbi dicit, ꝙ ratio eſt : quia pendente conditione non ſunt legata : ideo non poſſunt infirmari per regulam Cato nianam.Certè nec legatũ purum dicitur eſſe viuo teſtatore.Dic

g ergo ꝙ ratio eſt:[g] quia ex eo ꝙ teſtator apponit conditionem,ap paret ꝙ nonvult ꝙ inſpiciatur tempus teſtamenti,ſed aliud tem pus futurum:& ideo non habet locum regula Catoniana. Vlti-

3 mò per † iſtam legem coniuncto princip.reprobo vnam opi.po ſitam in l.fi.de regu.Cato.quæ eſt ꝙ regula non habet locum in ſenatuſconſulto.quod eſt contra hanc legem.Nam hæc prohibi tio fuit iuducta per ſenatuſconſultum,vt ſ.vidiſtis.

1 §☞ *Æſtimatio quæ debetur pro re affixa domui, legata eſt in obligatione , & illa petitur.*

h **Item quæri.** [h]Ex vnius ædibus poſſunt res affixę in al's transferri , ſi vnus eſt dominus vtriuſq; in ſolidum. ſecus ſi vnus : vel pro parte. h. d. cum §.ſi ex duobus. Quæro à quo præſtabitur æſtimatio ? Reſpon. à legatario.ipſe

1 enim erat graua:tus:vt hic patet. † Sed quæro,hic dicitur ꝙ eſti matio præſtatur,nõ dicit an ſit in obligatione:an ergo ſit in obli gatione vt poſsit peti?Reſpon. quòd ſic : vt ſ.proxi. Si enim res ipſa eſſet in obligatione & in legato , regula Catoniana non ha bet locum:cùm ab initio legatum conſiſteret: quæ tamen habet locum , vt ſ.proxi. Manifeſtè ergo apparet quòd æſtimatio eſt in legato,& in obligatione.

1 §☞ *Domus in rure poſita impropriè dicitur ruſtica.*

2 *Legatum qualiter dicatur negotiatio.*

3 *Gabella ſi debet ſolui de qualibet negotiatione non ſoluitur de legato.*

Statutum prohibens frumentum extrahi de comitatu , non intelligitur de eo quod quis extrahit cauſa ſui uſus.

4 *Frumẽtũ emptũ in uno loco nõ poteſt prohiberi per locum medium ne portetur in alio.*

Sed & ſi quis ad opus. Poteſt detrahi & legari ex ædibus ad vtilitatem

1 Reipublicæ,in cuius territorio eſt res,non alterius.h.d.† Oppo. nulla domus dicitur ruſticæ:vt l.j.ſ.communia prædi.l.vrbana. de verbo. ſignifica. Solu. hic impropriè dicitur ruſtica.id eſt,in

2 rure poſita. Item no.glo. † quæ hic dicit, ꝙ legatum eſt quoddã commercium,ſeu negotiatio domini : ſi intelligas negotiationẽ, id eſt translationem,ſine dubio legatum eſt translatio.Sed ſi in telligamus negotiationem quando aliquid fit hincinde, vt gloſ. hic intelligit,& probatur in l.legatis.in princi.ſ.titu.ij.tunc lega

i tum non eſt negotiatio vera.quod apparet:quia extraneo peni tus ignoto poteſt legari:vt l.extraneum.C.de hære.inſtitu.Item poſthumo alieno:vt Inſtitu.eo.ꝙ.poſthumo.& l.pe.j.eodẽ.quod etiam patet ex glo. quæ dicunt quòd legata non quæruntur no bis ex opera noſtra:vt C.de condi.inſer.l.ſi vxor.& Inſti.de ver bo.obli.ꝙ.ex conditionali.Vnde † ſi ſtatutum dicit,quòd ex qua

3 libet negotiatione,ſeu mercantia ſoluatur gabella,non debet ſol ui de legatis:vt d.l.legatis.in princi. & ibi dixi:licet gloſ.hic ali ter innuat.Dices tu,ſi legatum nõ eſt commercium,quare pro hibetur legari?Reſpon.quia ratio prohibitionis eſt , ne vrbs de formetur ruinis:vt l.negotiandi.C.de edi.priua.quæ ratio in le-

4 gato locum habet. † Vltimò nota hic argum. quòd ſi ſtatutum prohibet frumentum extrahi de comitatu , non intelligi de eo quod quis extrahit ſui vſus cauſa:vt hic, & ſ. ꝙ. item quæri po teſt. Item quod hic dicit quòd non poteſt portari in aliam ciuita tem : intellige ꝙ hoc poteſt prohibere illa ciuitas vnde extrahi tur.non ciuitas media,per cuius territorium tranſit,& portatur,

k vt l.ſi quis poſt hæc.de ædi.priua.quod faciat ad qõ. [k] de eo qui emit frumentum in vna ciuitate , portans ad aliam tranſeundo per territorium alterius ciuitatis. quod dic vt ibi per docto.

1 §☞ *Domus non ſoluentium condemnationes uel collecta non deſtruitur.*

2 *Tegulæ domus uel oſtia non poſſunt accipi & uendi pro debito publico.*

Hoc ſenatuſcon. Hoc ſenatuſconſultum habet lo cum vbiq;,& pro debito publico domus

Universidad de Deusto

1 domus non debet destrui.h.d. No.ergo †q̃ nõ debet destrui domus non soluentium collectas vel condemnationes. Item nota
2 †q̃ nõ possunt accipi Tegulę de tecto,vel ostia,vt vendant̃ pro debito publico:vt hic,& §.seq.

1 *Porticus non uenit appellatione domus, sed ædium sic.*
2 *Porticus dicitur esse domus.id est, accedit domui.*
3 *Factum in porticu, non dicitur factum in domo, sed ante domum sic.*
4 *Factum in ostio an dicatur factum in domo.remissiuè.*

Hoc senatusconsultum. Prohibitio senatus extenditur ad omne ædificiũ,vt ei iniuncta nõ detrahantur.secus in alijs,quæ non sunt affixa.h.d. Per hunc
1 text.†dicũt quidam q̃ appellatione domus' cõtinetur porticus.
a Et si statutum dicit de domo,intelligitur de porticu.Sed potius facit in contrarium:quia tex.dicit extenditur.quæ interpretatio extensiua non habet locum in statutis: licet melius probet in l.qui ædes.de incen.rui.nau.vbi tex.dicit q̃ porticus continet̃. Sed certè ibi dicitur q̃ continetur appellatione ædium. Aedes autem dicuntur ab ædo ædis,quod idẽ est quod ædifico,seu cõpono.vnde ædes idem est q̃ ædificium:merito porticus continetur:quia ædificium est.Sed cum dico domum. non cõtinetur quodlibet ædificium,nisi habeat solum,& superficiem: hoc est, parietes & tectum:vt l.solum.cũ glo.de rei ven.sed porticus nõ
2 habet parietes vndiq̃:igitur non est realiter domus.Fateor† tamen q̃ est domus,hoc est,accedit domui.& domus est casus genitiui.Multa enim sunt extra domum,quę sunt domus:isto modo sumendo:vt suprà de contrah.emp.l.si aqueductus.Pro hoc j.de dã.infect.l.quod conclaue.& s.communi di.l.arbor.§.deve
3 stibulo. Dic ergo†quod factum in porticu,non dicitur esse factum in domo,vt l.j.§.in publico flumine.j.de flu.Sed bene dicitur factum ad domum:arg.l.quidam Iberus.& quod ibi not.de ser.vrb.præd.& quod no.Iaco.de Areti.in l.itẽ apud Labeonẽ.
4 §.cõuitium.de iniur.& ibi dixi. Sed quæro†an illud quod fit ab aliquo existenti in ostio,dicatur factum in domo: dixi in l. j. de cloacis.in eo quod ibi dicitur de tubo.

1 *Hæres suus præsumitur ignorare contenta in testamento.*
2 *Res destinata poni in ædificio quando habeatur perinde, ac si ædificata fuisset.*
3 *Statutum quod nullus possit emere frumentum nisi pro suo usu: si scholaris emit pro toto anno, & postea pœnituit, & nolle recedere: an licite possit illud retendere.*
Primum propositum qualiter inspiciatur ut euitetur pœna.
4 *Destinatio quando aliquid operetur, operatur esse legatum rei.*

b **Sed si separauit.** [b]Licet res sit ædibus destinata,non prohibetur legari:sed legatum extinguitur si postea per testatorem iniungitur.secus si per hæredem. Opp.j.tit.ij.l.fideicõmissa.§.si rem.Gl. non soluit. dic q̃ hæc res iniuncta dicitur desijsse extare:quia per se non censetur: vt l.qui vniuersas.de acqui.pos. Op.ad illud quod dicitur de hærede,de l.in summa.§.pe.de condi.indeb.Glo.non soluit hic, sed soluit in contrario.Tu dic q̃ natura cõdictionis indebiti est vt quis teneatur in quantum factus est locupletior, vt l. nã hoc natura.& l.si non sortem.§.libertus.de condi.indeb.Si igitur ibi ignorãs manumisit,ipse in nullo est locupletior: & sic nõ tenet̃ in aliquo.hic verò loquimur in actione ex testamẽto quæ est alterius naturæ.Præterea,si iniunxit domui suæ,satis effectus est locupletior.Sed cõtra:vbicunq̃ res est perempta sine culpa debitoris debitor liberat̃,vt l.si ex legati cã.de verbo.oblig.& l.nõ amplius.§.j.s.eo.Gl.in d.l.in summa.§.pe.dicit,illud statuit̃ contra hæredẽ,qui commodum sentit ex persona defuncti.subaudi & res facto hæredis perijt.ideo non obstat d.l.non amplius. §. j. Tu declara vt dixi in l.si seruum.§.ij.de verb.ob.Op.dicitur hic siue sciuit,siue ignorauit.Contra:hæres semper præsumitur scire scripta in testamento:vt l.cum hæres.de lib.le.So.hic erat scriptum in codicillis,& sic hæres potest ignorare:vt l.non est ferẽ-
1 dus.de transact.Vel dic†q̃ erat hæres suus,qui etiam põt ignorare:vt l.eius qui in prouincia.in fi.si certum peta.Vel dic quod ignorabat supinè.De præsumptione autem scientiæ hæredis, dixi in l.qui Romæ.§.duo fratres.de verbo.oblig. Opp.de l.nu
2 tu.§.fina.de leg.iij.Solue vt in glo. Opp.q̃ res' destinata po-
c ni in ædificio,perinde est acsi esset ædificata:vt l.fundi. §.fin.& l.granaria.de acti.emp.Solue.Potest hic intelligi q̃ res erat destinata ad ædificium,quæ nunquam fuit in ædificio:ibi semel fuit licet deposita. Contra hoc facit iste text.ibi: translaturus in aliam domum & sic innuit quòd semel fuit in aliquo ædificio.

Vnde dic quòd ibi erat destinata repo- a
ni in illud ædificiũ,de quo sumpta erat:hic verò in aliud.vel aliter secũdũ Gul.de Cu. non curo vtrũ esset ordinata reponi in illud ædificium vel aliud, sed hoc solũ attendo, si à principio.quãdo leuatur de domo, habuit animũ reponendi in eandẽ domũ, vel b
in aliã suam: & sic habuit primũ propositũ licitum:licet ergo postea mutauerit propositum, nõ punitur: & sic licuit cõuertere in alium vsum. Hic est casus no. hic secundũ
3 eum. Per hoc† determinat quæstionem.[a]
d Statutũ est hic q̃ nullus emat frumentũ in platea,nisi pro suo victu.Cõtingit q̃ scholaris emit pro suovictu pro toto anno:post ea mutauit propositũ, & vult recedere, & vendit frumentum:quæritur an puniat̃.Et dicit ipse q̃ non: quia primũ propositũ fuit c
licitũ & bonũ,per hãc legẽ.facit l.j.§. vnde quærit Offilius.de exercito.acti.& ibi ipse hoc ponit. Hoc autẽ intelligo, si de primo proposito constet: aliãs præiumit̃ ab initio tale fuisse propositum,sicut postea fecit:vt d
l.sed Iulianus.§.proinde.ff.ad Mac.Et præ dicta vera,qñ primũ propositum est licitũ, nõ obligatoriũ.Si verò primũ propositum erat obligatoriũ aut erat obligatorium sui, vel alterius,qui sibi mandauerat: & inspicitur primũ propositum:vt d.§.vnde quærit Offilius.Aut erat obligatoriũ alterius, qui non mandauerat:& nõ sufficit q̃ positũ primum,nisi sit secutus euẽtus:vt l.iij.de in rẽ e
verso.§.sed si sic. Oppo.& videtur q̃ destinatio rei habeat̃ pro facto:vt l.si quid earũ. §.inter emptũ.de leg.iij.l.& si nõ iunt.§.qd ergo.de auro & argen.leg.Pe.dicit,hic tractatur de legato restringendo:ideo destinatio nil operat̃:ibi de legato ampliando.Sed hęc solu.tollit̃ per l.ligni.§.si lignũ.j.titu.ij. Quare dic q̃ hic legat̃ res ipsa:vnde destinatio nil operat̃:sed in cõtrarijs res ipsa destinata expressè non legat̃. Sed dubitat̃ an legato alterius rei accedit q̃pter destinatio-
4 nem.† Dic ergo, vtrum destinatio aliquid operetur:aut legatur ipsa res, & nil operatur,vt hic. Aut dubitatur vtrum cedat legato alterius rei, & tunc aut fuerunt legatæ res destinatæ:& nõ est dubium:vt l. si quid earum.§.inter emptum.j.titu.ij. Aut nõ est facta mentio de eis,& tunc aut erat res de-
e stinata in antiquum esse,& tũc destinatio e habetur pro facto, vt l.fundi. in fi. & l.granaria.de actio.emp.l. argumento.§. penul. j.de auro & argen.lega. Aut erat destinata in nouum esse, & tunc aut non erat cœptũ f
opus fieri,& destinatio nihil operatur,vt l. ligni.§.si lignum.& l.lana.j titu.ij. Aut erat opus cœptum,& tunc aut erat valde remotum ab illo, in quo res erat destinata, aut erat propinquum. Primo casu destinatio g
nil operatur, vt l.librorum.§. sed ne cœpti. j.titu.ij.& l.vestimentum.de auro & argen-
f lega. Secundo casu f opus cœptum habetur pro perfecto, & destinatio operatur, vt l.& si non sunt. §. quid ergo. de auro & argento legat. & l.librorum. §. sed præscrip. infrà titulo secundo. +5-

Senatus.

g **Marcellus.** Parua[g] domuncula rustica potest destrui: & per consequens legari.hoc dicit.

¶ Dom⁹. Adde qd̃ Pau.de Cast.q̃rit an statutũ Senẽse dispones q̃ null⁹ possit capi domo hẽat locũ in eo q̃ capiũt apothec. de q̃ vid ei⁹ cõ.xliij. ❧ PONATES.
¶ Sed si separauit.in prĩ. Ad mãm hui⁹ §. vide aliqd p Alex. ĩ l.j.§.fuit q̃sitũ.ĩ ij.co. ff.ad Tre.ver. qd̃ ũ sing.limita vt ĩ l.a dino p:o.§.ff.d re iu. Bal.ĩ l ex facto.§.rerũ añ.ĩ vlt.co ff.de liber.ĩ iii.& vid qd p istũ tex.dixit Bal.in c.j.§.si quis de mãso. ĩ vl.col.de cõtrouer. fue.in q.quę fuit Pa. ❧ P. PAV. P.
¶ Opponoq̃ res.vid Ale. cõ.xcvij.co.pe. vo.iij.sec'dũ ei dote. l.lex Iul.ff.d fun.do. so.ĩ ru.ff.so.ma.ĩ prĩ. ❧ POMATES.
¶ Per hoc determinat q.vid Al.de Ro. ĩ j pte statutorũ.qõ. xcj.&ĩ ij.pte q.ccliij. ĩci. ꝑdicta ẽt facilit. vid Bal.ĩ l.j.ĩ iij.col. vlt.itẽ facit ad qõ.de prec.time.C.de ædi. edi.& Ale.cõ.j.in v. & vj.col in ij.vo. & consi.vij.in iij.volu.
¶ Destinatio. Adde vltra Alex. inquantũ refert qd̃ Cy.Bal. & Ang. inducũt hic dicta ad q.statuti dif ponentis q̃ mortua vxore mobilia spectẽt ad virũ. mobilia verò ad hæredes vxoris: & sit pecunia parata ad ẽptionẽ prædiorũ, q̃ nihilõ minus debebitur marito. Et q̃ hęc opi. est tutior,quam opi. Ro. & Abb. q̃ Ro. cõs.clxxxix.tenet q̃ sine sit deposita ad emptionẽ ꝑdiorũ,sive vt inde ẽ:plantur annui redit⁹,q̃ cõputãt inter immobilia. De primo allegat cã sum in l.iij.§.vsuras. ff.de cõtra. actiõe tutel. De secũdo alle.cã sum ĩ l.iij.§. nec vsuf fruc.& §. si lapidicinas.vbi vt cumsuis alteri⁹ mãg.ff.de re.eo. ❧ POMATES.
¶ Sed⁴ casu. Facilit q̃ latè ponit Iac.ĩ l.di uortio.§.iterdũ.ff.so. ma. & aliqd p Bal.ĩ l.diui frs.ff. dere.di. et ĩ l.si nõdũ.C.dfur.
¶ Parua. Adde vltra Ale. iquãtũ q̃rit an ĩ dẽnitates q̃ regrunt̃ ĩ alienatione rei puæ, qd̃ Fed.de Se.cõ.cc. x.tenet q̃ nõ:ẽt si q̃ lat⁹iurasset ꝺ nõ alienãdo. Et inquãtũ tãgit si emphyteuta cadat nõ culpa sua ab ẽphyteusi,pdat ędificiũ factũ ĩ solo ẽphyteutico:videPau.de Ca.cõ.cxxxix.et qd si non soluit canonẽ, vide Bal.consi.cccxxxvij. libro secũdo.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Secunda Bartoli super Infortiato.

Legatum. Seipsum summat. Circa hūc §. distingue vt in gl. Aut ponitur in voluntate hæredis, aut legatarij, aut extranei. Si hæredis: aut in volū tate libera, aut in arbitrium boni viri. Si legatarij: indistinctè valet. vt hic. Si extranei: aut in voluntate expressa, aut in velata.

Qui ab hostibus. Hic est singularis casus, in quo potest legari liber homo, in quo non est cōmercium. & hoc sit in loco summarij.

Positio casus altero de tribus modis.

Ius superueniens testatori non prodest legatario.

Si legatur res emphyteutica, & plenum dominium superueniat testatori, quando debeatur legatario.

Augmentum superueniens quando augeat legatum.

Seruum filij. Regula Catoniana non habet locum in legatis, in quibus impedimentum cessat, ex causa, quæ retro trahitur. hoc dicit. Oppo. de l. cùm rem alienam. C. eo. & §. eo. l. apud Iulianum. §. constat. Soluit glos. testator videtur hic legare ius quod habet in re. De hoc miror: nam pater nullum aliud ius habet, nisi præoccupādi iure peculij, si filius prædecedat: vt l. ij. j. de castren. pec. quod autem illud cogitauerit, est contra votum parentum, & naturalem ordinem: vt l. scripto. vnde liberi. & l. nam & si parentibus. de inoffi. Dico † ergo hic ponēdum esse casum altero de tribus modis. Primò ꝙ pater in vita filij credebat se habere ius in illo seruo, sicut in rebus profectitijs: & sic errabat in iure. Vel secundò ꝙ pater credebat filium esse mortuum tempore testamenti, cum in veritate non esset, sed postea decesisit: & ideo si pater tūc decesisset, legatum erat inutile. Sed si filius postea præmoritur legatum confirmatur. Nec obstat regula Catoniana, propter fictionem, vt dicit tex. & dixi in summario. Vel tertiò posset poni ꝙ pater credebat rem esse suam ex alia causa, cum non esset: & idem iuris est quod §. Sed quæro quid si filius fecisset testamentum, & patri reliquisset? Respon. tunc legatum non valeret: quia pater capit vt hæres ex testamento filij: quia retro non trahit. Et hoc sentit glo. hic, & tex. videtur velle. Ex quo no. † ꝙ ius superueniens testatori non prodest legatario. Contra §. eo. l. qd' in rerum. §. j. Solu. ibi in legato vsusfructus, in quo non habet locum regula Catoniana, quia cedit ab adita hęreditate. Per prędicta † determinat Iac. de Are. talē q. Si ego legaui tibi rem, quā habebam in emphyteusim: si postea peruenit ad me plenum dominium: certè non debetur tibi legatario: nisi esset ius superueniens tale quod ius primum ad se traheret illud: vt l. si tibi. §. vsu fru. quēad. ea. Facit l. si tibi. ff. qui. mo. vsusfru. amit. Ita dicit ipse. hoc videtur contra l. si ex toto. in princ. §. eo. Augmentum enim contingens in re legata non solùm circa ius, sed etiam circa substātiam rei prodest legatario: vt ibi patet. Sed dico sic: si testator dixit, fundum meum. vel alio modo expressit se legare ius quod habeat: ius superueniens nō auget legatum: vt l. serui electione. §. fi. & quod ibi no. §. eo. Ita intelligo Iacob. de Are. sed si legaui fundum simpliciter, non adijciendo meum, neqꝫ restringēdo se ad ius quod habebat, & sic non limitatè: tunc omne augmentū in iure, vel substantia rei cederet legatario: vt d. l. si ex toto. & l. quod in rerum. §. si quis post. §. eo. Et hoc verum quando legatum ab initio tenet. Secus si ab initio non tenet: quia tunc nō cō firmatur impediente regula Catoniana, nisi ex superuenienti causa, quæ retro trahitur, vt hic.

Hæres an cogatur ad redimendam rem legatam per testatorem eidem testatori legatam, quam repudiauit.

Dominium rei legatæ quòd uidetur legatarij fictè à morte testatoris, uerè à tempore aditæ hæreditatis.

Si quis rem. Qui rem sibi legatam ignorans legat, siue acceptet, siue repudiet, valet legatum factum à se. hoc dicit. Quidam habent hic vnam additionem, per quam Dyn. † quærit an hæres cogatur ad rem redimendam eo casu, quo testator legatum repudiauit. Et dicit quòd non: quia repudiando videtur legatum ademisse: sicut quando donat: vt l. rem legatam. de adimen. lega. Vel verius loquitur, quòd illud ius, quod habet, videatur legare, quando illud se habere credebat: vt l. si domus. in fi. j. eo. cum simi. Sed quando nullum ius se habere credebat, si postea superuenit, & repudiat, videtur remā sisse in eadem voluntate. Ita loquitur hic. Quærit Dyn. vtrum confessio cedentis noceat cessionario. Quod plenè examino in l. facta. §. si hæres. ad Trebel. Vltimò nota † tex. qui dicit retro ipsius fuisse videtur quòd à tempore mortis res est legatarij fictè: à tempore aditæ hæreditatis verè: vt l. si tibi homo. §. cùm seruus. infrà eodem.

Quando mutatio materiæ, uel formæ rei legatæ, faciat deficere legatum.

Si pocula. Si fiat mutatio de materia in formam, vel econuerso, legatum non mutatur, si testator voluntatem non mutauit. hoc dicit. Oppo. j. titu. ij. l. lana. & de auro & argen. lega. l. Seia. in fine. Solu. ibi testator mutauit: hic hæres. Hæc est vna solu. glo. quam tenet in l. si conuenerit. §. penulti. de pigno. actio. quod videtur mihi contra istum tex. Ad quid eum dubitaretur hic de mutatione voluntatis testatoris, non video. Dic ergo quòd hic testator fecit mutationem de materia in formam, vel econuerso. Sed dic, † aut constat quòd mutauit voluntatem: & tunc non debetur. Aut constat quòd non mutauit: & legatum debetur, vt hic. Aut dubitatur: & tunc distingue vt tex. in l. quæsitum. §. illud fortasis. j. titu. ij. scilicet aut forma est reducibilis ad materiam, aut non: vt ibi. ideo hic in poculis & massa non præsumitur mutatio voluntatis in dubio: in lana secus.

Si domus legata ad aream reducatur, an debeatur.

Si areæ. Quod ædificatur in area legata, debetur legatario. hoc dicit. Oppo. de l. si chorus. §. area. j. titu. ij. Solu. dicit glo. ibi voluntatem mutauit testator. qd' est diuinare. Iacob. de Are. dicit quòd hic ædificauit testator, cuius res erat: ibi ædificauit extraneus, cuius rem testator legauerat: ideo hæres non tenebatur ad aream: quia non poterat separari à domo, sed tenetur ad eius æstimationem. ita loquitur ibi argumen. §. eo. l. cætera. §. si duobus. Et ideo domo destructa, adhuc poterit peti area: quia legatum nunquam fuit extinctum. Ita loquitur hic. & hoc teneo. † Quæro quid econtra, quando legatur domus quæ reducitur ad aream. glo. hic dicit quòd legatum. Illud est contra l. si grege. §. eodem. Et ideo dic. Quandoqꝫ legatur area, in qua postea ædificatur: & tunc aut ædificatur à testatore, aut ab extraneo, cuius erat res: vt dixi §. Quandoque legatur domus, quæ postea ad aream reducitur: & tunc aut in ea iterum ædificium non reponitur, & debetur area: vt l. si grege. suprà eodem. Aut in ea iterum ædificatur, & legatum extinguitur: vt l. si ita. §. si domus. infrà eodem. quod intellige vt ibi dicam.

Arguere de contractibus ad ultimas uoluntates quando liceat.

Eum qui chirographum. Vbi est eadem ratio, licitum est arguere de contractibus ad vltimas voluntates. hoc dicit. Opponitur. j. titu. j. l. Caius. in princ. Solu. ibi non legauit chirographū specialiter. dicit glo. Adde quod fecit legatum generale in quo non cōtineret chirographū. secus si vniuersitatē iuris reliquisset, luti Calendarium: vt l. qui filium. in prin. j. tit. ij. D. stingue ergo tres casus: vt not. per Cy. C. locati. l. certi iuris. in vj. aliàs in v. q.

Vltimò Dy. † ponit hic distinctionem, vtrum sit licitū arguere de contractibus ad vltimas voluntates bonam, & perfectam quam ponit Gul. de verbo ad verbum in l. pactum. §. de pact.

Si idem. Legatum libertatis inualidū, ipsius seruí legatū non perimit. h. d. Op. ꝙ si fraudantur creditores, non valet legatum, nec libertas. Solue vt in glo. Op. de l. ij. §. fi. de fun. instru. leg. Sol. glo. tu dic ꝙ ibi fuit in vita manumissus, per ꝙ legatum videtur reuocare. hic in vltima voluntate, in qua ineſt conditio: vt non tollatur primū per secundum, si secundū sit inualidum. vt l. si iure. j. ti. ij. Opp. extra gl. de l. planè. in prin. §. eo. vbi legatum inualidū reuocat primum. Solut. libertatis fauore est ꝙ siue præcedat relictum libertatis, siue sequat, si est validum, semper prævalet alteri legato: vt l. si idem seruus. j. tit. j. Sed quando legatum libertatis est innualidum si precedat non vitiat legatum: vt hic. Si sequitur, etiam si libertas sit inualidā, reuocat primū: ar. d. l. planè. in prin. & glo. tenet hoc j. ti. j. q te stamento. Sed huic videtur contradicere tex. qui dicit: si idem seruus legatus, & liber esse iussus. & sic innuit quod fuerit

secuta

a ¶ Si pocula. Et vide do. Pe. ic. cōmissum. de deci. & in c. indicāte. de test. ad quid alle. istū §. & vide Io an. de Imo. ibi, & ibi dixi. Andre. Barba. ↦ P. PAV. P.

b ¶ Oppo. vide Soc. in l. si ex toto. in prin. §. eo. vbi reprobat intellectū Bar. ad illū tex. & ipse pōit aliū.

c ¶ Eū q. Adde inquātū Alex. q. tangit an annullatio cōtractū sit poena, Bal. cōsi. lxxv. & inquātū alle. Pau. de Ca. cōsi. xcix. ad qō. de qua hic p. eū. ego habeo c. j. ↦ P. PVA. P.

c ¶ Eū q. Intellige qñ appareat de idētitate rōnis sed in dubio p̄ sumit maior rō in vltima volūtate, vide Alex. cōsi. lxxj. vo. j. & Ias. in l. quæ de legato. j. eo. & in l. pactum inter hęredem. ff. de pactis.

1 de inoffi.

2

3

1 §☞ Hæres an cogatur ad redimendam rem legatam per testatorem eidem testatori legatam, quam repudiauit.

2 Dominium rei legatæ quòd uidetur legatarij fictè à morte testatoris, uerè à tempore aditæ hæreditatis.

1

1 §☞ Quando mutatio materiæ, uel formæ rei legatæ, faciat deficere legatum.

a

1

1 §☞ Si domus legata ad aream reducatur, an debeatur.

b

1

1 §☞ Arguere de contractibus ad ultimas uoluntates quando liceat.

c

1

Universidad de Deusto Biblioteca

secuta libertas. Sed dic quòd hæc sunt verba Iurisconsulti non denotantia ordinem testatoris. Et hoc modo possumus dicere fortè melius quàm supra. Ad d.l.iij.in fine. de fundo instru. leg. dic quòd ibi secuta est manumissio: hic verò præcessit.

Si statuliberum. Legato statulibero expedit hæredi ipsum soluere potius quàm æstimationem. hoc dicit.

1 ☞ *Seruitus qualiter ipso iure constituatur per ultimam uoluntatem.*
2 *Dominium rei tacitè legatæ quòd non transit in legatarium ipso iure.*
3 *Proprietate legata, an censeatur legata uia remissiue.*

Si duos. Qui legat vsumfructum in fundo, videtur legare viam per alium: si aliundè nō habet. hoc dicit. Pro declaratione literæ quæro quomodo redimet hæres. Glo. intelligit redimere, id est retinere, vel condicere, etiam nullo dato. Cōtra. si legatarius ad hoc tenetur: ergo contra eum potest per vsu-
2 fructuarium agi: vt l.j.[3]§.j. si vsusfru. peta. Roge. fatetur actione reali, vt ibi: non personali, vt hic. quod glo. reprehendit: cum hic non fuerit seruitus constituta: ideo non potest agi actione reali.
1 Contra.† per vltimam voluntatem constituitur seruitus ipso iure: vt l.j. de seruit. le. & l. si partem. §.j. ſ. quemad. ser. amit. Sol. Dicit Iac. de Are. illud verum si seruitus fuerit legata expresse. secus si tacitè: vt hic. quod nota multum: quia † quando res legatur tacitè, non transit dominium ipso iure. Do tex. cum glo. in l. emptor. §. ancilla. de rei ven. Dixi in distinctione quam s. posui
3 in l.j.† Quæro, in proprietate legata, an videatur legata via. Gl. tangit in l.iij.§. si loci. de adi. leg. Dixi plenè in l.j. de ser. lega. 47.

Si à substituto. Quod contingit medio tempore non vitiat legatum. hoc dicit. quęro, quid si emisset scienter. Glo. dicit idem, & subaudi, maximè. Tu examina hoc, vt per Dyn. in l. qui Romæ. §. duo fratres: & ibi dixi. j. de verbo. obliga.

1 ☞ *Qui promittit dare, uel si hæres est grauatus dare, debet facere rem accipientis.*
2 *Qui tenetur tradere, quando debeat tradi taliter, quòd euelli non possit.*

Hæres. In legato generis, hæres de euictione tenetur. secus in legato speciei. Idem in stipulatione rē tradi. hoc dicit. Nota distinctionem huius §. de quo plenè in l. si domus. §. de euictione. j. eo. titu. Ad l. quæ de legato. oppo. vbi dare promittitur, non liberatur quis, nisi accipientis faciat: vt l. vbi autē. in fi. de verbo. obliga. Soluit glo. parua. expone dare, id est tradere. & cessat contrarium. Glo. j. quæ distinguit vtrum ista sit alter-
1 natiua legis, vel testatoris, nil ad propositum. Nota† ergo quando promittitur dare, indistinctè debet fieri accipientis. & idem dico si testator expressè grauaret hæredem quòd daret. Quan-
2 doq; † promittitur tradere: tunc aut promittitur de aliqua re in genere: & debet tradi taliter q euelli non possit: vt hac lege. aut promittitur de certa re in specie: & tunc si promittitur ex titulo lucratiuo, sufficit, quocunq; modo tradatur: vt hac l. quæ de legato. si titulo oneroso debet ita tradi, quòd euelli non possit: vt l.iij. in princip. de actio. emp. & l. ratio. in princip. eodem titulo.

1 ☞ *Vsuræ ex mora nō ueniunt in speciebus: tū ueniunt q̄n pecunia ut species est relicta.*
2 *Si res legata est multum à longinquo, hæres illam perquirit, & reducit sumptibus suis. Debitor quando teneatur cauere de restituendo.*
3 *Per additionem quasi contrahitur inter hæredem & legatarios.*
4 *Procurator tenetur de omni culpa etiam leuissima, & tenetur cauere.*
5 *Re legata perempta æstimatio, uel ipsa res peti potest electione legatarij.*
6 *Hæres quando est in dolo, statim tenetur ad æstimationem rei legatæ, quæ non reperitur, si in culpa datur sibi tempus ad rem inueniendam.*
7 *Quantitas debita si est in obligatione ut species, ea perempta debitor liberatur.*
8 *Parta sunt rem non extare, & rem non reperiri.* 49.
9 *Hæres quando teneatur pro re legata de dolo, & lata culpa: & quando de leuissima.*

Vmres. Hæc est magistralis lex, ex qua colligitur distinctio quam glo. ponit in l. quod legatur. de iudi. & l.j. C. vbi fideicom. peti de. & ponit tot casus quòd non recipit congruam summationem. Sed diuiditur secundùm Dyn. Primò ponitur in quo loco debeat solui res legata. Secundò quid iuris sit, si res legata non appareat. Tertiò qualiter culpa hæredis æstimetur circa rem legatam. Secunda ibi: itaq;. Tertia ibi: culpa. Prima subdiuiditur in duas: quia primò loquitur de specie. Secundò de eo quod consistit in pondere, numero, vel mensura. Secunda ibi: sed si id peta-
1 tur. † Oppo. specie legata non veniunt vsuræ: vt l. fideicommissi. §. si auro. & l. cum quidam. in fine. de vsuris. Solutio. Hic erat legata pecunia in specie. Simile in l.ij.iij. & iiij. C. depo. Op.
2 de l. cū seruus. s. eo. Solu. quando† res multum est à longinquo, præsumitur q testator voluerit q sumptibus hæredis perquiratur, & reducatur, vt ibi dixi: ideo intelligo q res nō erat multū à longinquo. Et ad istā verisimilitudinē adde gl. quæ ponit alia verisimilia, quæ est super verbo, verisimile. Sequitur versi. itaq; hæc secūda pars subdiuiditur in duas: primò loquit̄ qñ legata est species. Secūdò in legato alternatiuo. Secūda ibi: sed si Stichus. Opp. s. de rei vē. l. si à bonę fidei. & l. si verò. & l. si culpa. Gl. nō soluit. Certè cōtordāt: quia hic, & ibi tenetur de restituēdo cau-
3 re: licet nō de ꝓsequēdo. Op. ad hoc s. depositi. l. si sine. Dic† quā doq; quis tenet adrē actione personali descēdēte ex contractu vel quasi celebrato gratia vtriusq;, vel gratia debitoris cōuenti: & tūc indistinctè debet cauere de restituendo: vt hic, & l. si filio §. si q. s. so. ma. Si verò est celebratus gratia creditoris: tūc nō te-
4 net cauere vt l. si sine s. depo. † Fallit in procuratore, q adeo grauat̄, q tenet̄ de culpa leuissima: ideo grauatur etiā in cauēdo: vt l. si procurator. in fi. s. mā. & l. pecuniā. §. sed si. de cōd. ob cau. Si verò qs conueniat̄ actione reali: tūc indistinctè debet cauere: vt l. si à bonefidei. & l. si verò. de rei vēdi. Si verò cōuenit̄ actione personali in rē scripta, idē: vt l. Celsus. §. fi. ad exhi. Et per hoc dico, q si iste quasi cōtractus q celebrat̄ additione hæreditatis, magis diceret̄ celebrari gratia legatarij quā hæredis: tūc hęres nō tenetur cauere ad instar depositarij, si cōueniret̄ actiōe personali: vt l. si sine. s. deposi. Quādo aūt dicatur celebrari gratia hæredis vel legatarij: dicā statim in ver. culpa. Op. q seruus debeat peti,
5 nō æstimatio: vt l. cū seruus. s. eo. Sol. † hic dicit æstimationē prę-standā: nō tamē negat quin seruus fit in obligatione, & q possit peti. Vel dic q est in electione legatarij qd' petat: vt l. illud. §.j. de do. cau. mor. Op. q statim nō possit cōueniri ad æstimationē: vt
6 l. si cōstante. §. si vxor. so. ma. Sol. Dic, † q vbi hæres est in dolo, statim possit cōdēnari ad æstimationē: vt hic. Si in culpa, puto q sibi postulāti debeat dari modicū tēpus ad inueniēdā rē, & restituendā, vt ibi. sic pōt intelligi j. ea. l. vers. itē si res. Venio ad ver. sed si stichus. qui loquit̄ de alternatiua. Op. de l. Stichū aut Pāphilū. in prin. de sol. So. Intellige istā secūdā illā. Op. s. de noxa. l. si ad libertatē. vbi vno perēpto liberat̄ debitor in totū. Sol. glo. & malè: hic in alternatiua vterq; erat in obligatione: ibi alter tm̄ seruus. In hoc male: quia imo pecunia est in obligatione in cā noxali: seruus in solutione: vt l. miles. §. decē. de re iudic. Sed dic
7 † q sibi quātitas erat in obligatiōe respectu speciei: vñ specie perempta liberatur. Simile in l. Titiæ in fi. s. e. & l. quidā. §. si tibi. j. e.
8 & C. de iure emphy. l.j. & l. in naue. s. loc. † Venio ad vers. item si res. No. q paria sunt, rem non extare: & rem non reperiri.

Culpa. Quādo testamētū videt̄ factū principaliter cā hæredis tenetur de leuissima culpa. h. d. Op. j. e. l. si seruus legatus. §. cū quid. Sol. Intelligas q hic nō tenet̄ de leuissi-
9 ma culpa, secundū gl. Hug. cōtra. vnde dic, † quādoq; ille quasi contractus q celebratur additione hæreditatis, per quā obligatur hæres legatarijs, & fideicōmissarijs, fit gratia legatarij, vel fideicōmissarij tantū: qd' est quādo maior pars vadit ad legatarium, vel fideicōmissariū: & tūc hæres nō tenet̄ nisi de dolo, et lata culpa. l. mulier. §. si hæres. ad Trebe. Quādoq; est celebratus cōtractus gratia hæredis: vt quando apud hæredē maior pars remanet: & tunc tenet̄ etiam de leuissima: vt hic. Quandoq; celebrat̄ gratia vtriusq;: quia modicum plus vadit ad legatarios quā ad hæredē, vel econtra: & tunc tenetur de leui tantū. Hanc distinctionem facit tex. in l. si seruus legatus. §. cùm quid. j. e. Dicetur, Nonne semper fit gratia hæredis, cum apud eum remanet certa portio? Respond. principaliter videtur fecisse testator in fauorem eorum, quibus plus reliquit: quia illud inspicitur quod principalius agebatur: vt l. si quis. in principio suprà si certum petatur.

Item si fundus. Post moram periculū interitus pertinet ad hæredem. hoc dicit. Glossa hic intrat illam quæstionem vtrum debeat adhiberi distinctio, an res esset eo modo peritura penes actorem, vel non. quod dixi plenè in l. nemo rem. de verborum obligationi. l. quod te. suprà si certum petatur.

1 ☞ *Dominium rei legatæ non transit reella uia in legatarium, quando res hæredis est legata.*
2 *Legatarius qua actione agat pro furto commisso circa rem legatam.*
3 *Obligatio quādo habet originem ex persona hæredis unius nō tenetur ex facto alterius.*

Secunda Bartoli super Infortiato.

a ¶ Dñiũ. Adde vltra Alex. Bal. cõſi. lxxiij. inci. dñs Aſmari⁹. iij. li. vbi ponit an teſtator poſſit trãſferre dñiũ rei hẽdis, licet hẽs adeat hẽdita. ☞ P. PAV. P.

b ¶ No. ꝙ. Declara vt per Soci. poſt alios ſ l. nõ putabã. ff. de cõditio. & demonſtra. ☞ POMATES.

c ¶ Circa hoc quæro. vide Sal. in l. ij. C. de cõtrahẽ. em. facit qd voluit idẽ Bar. ſ l. de diuiſione. in ij. colũ. poſt glo. ſ. ibi ſol. ma. ☞ P. PAV. P.

c ¶ Circa hoc quæro. vide do. Frã. cõſ. xcviij. colũ. vlti. vide & declara vt per Soci. in l. ſi in diẽ. in vl. no. ff. de cõdi. & demõ.

SI hæredis ſeruus. Legatarius agit contra hæredem ex facto ſerui hæredis circa rem legatã. hoc dicit. Oppo. legatarius habet actionem furti, cùm recta via tranſeat ad dominium: vt l. à Titio. ff. de furtis. & l. legatum ita. j. titu. j. Ergo non habet actionem in factum: quia cùm alia non cõcurrit: vt l. quoties. de preſcri. verb. Huius timore eſt facta tota glo. Rog. dixit ꝙ vniuerſitate inſpecta ſeruus eſt hæredis, aliâs conditio ſurrogatur: at ipſa re per ſe inſpecta non hæredis, ſed legatarij ſit. Fateor ꝙ vniuerſitas rerum poteſt eſſe vnius: & tamen aliqua res ſingularis non eſt eius: vt l. ij. & iij. de rei vend. & l. eum qui ædes. & l. rerum miſtura. de vſuſ cap. tamen hic cõſideratur res ſingulariter, non prout eſt in vniuerſitate: & ſic nil ad propoſitum. Soluit ergo glo. vt hic dicas in factum, id eſt actio furti propter factũ: non vt ſit nomẽ actionis, vt in ij. & iiij. ſol. quàm tenet Dy. & omnes cõmuniter. Vel dic ſecundũ Iac. de Are. legatarius põt intentare actionẽ perſonalẽ ſi vult, & realẽ ſi vult: vt Inſti. eod. §. noſtra aũt. Si ergo vellet eligere perſonalẽ, & nõ realẽ: tũc ageret in factũ: vt hic. Sed ſi eligeret realẽ pro ſeruo, procedit hæc ſol. ꝙ pro furto agetur furti. Azo ſoluit aliter, ꝙ hic res legata erat hẽredis,
1 nõ teſtatoris. No. ſecundũ hanc ſol. ꝙ † ſi legatur res hæredis, nõ
a tranſit dominiũ * recta via in legatariũ. Cõtrarium not. in l. ij. C. cõmunia de lega. ſed cum hac glo. concor. alia glo. in l. Papinianus. §. de ſerui. & in l. Titius. la j. de actio. emp. & l. hæreditatẽ. §. fi. ad leg. Falci. & iſtæ glo. ſunt veræ. Probatur in l. ſi tibi homo. §. ſi fundus. j. eo. quæ qualiter inducatur, ibi videbitis. & Inſtitu. eo. §. ſi res legata. verſic. ſi verò hæredis. & j. eo. l. ſi quis inquilinos. §. cùm ſeruũ. & j. qui & à quib. l. hæres ſeruũ propriũ: & l. ſi ſeruũ. §. de illo. j. de verbo. obli. in glo. Eſt ergo iſta vera ſolu. in ſe: ſed quantũ ad legem continet aliquam diuinationem. Solue ergo alio modo ꝙ hæc hæreditas non erat adita. quod non placet, per l. à Titio. de furtis. & l. huic ſcripturæ. ad leg. Aquil. Ex
2 prædictis † ergo diſtingue: Aut legatur res hæredis, aut res teſtatoris: & hoc caſu, aut legatarius elegit pro re actionem perſonalem: & pro facto habebit actionem in factum. Aut realem: & pro furto habebit actionem furti: vt ex prædictis patet.

Si vnus. Hæres delinquens tenetur, non cohæredes. hoc dicit. Nota quando obligatio habet originem ex perſona hæredis, vnus non tenetur ex facto alterius. Simile in l. fina. ad Sylla. ſecus ſi ex perſona defuncti: vt l. ij. in fine. & l. eadem. §. Cato. j. de verbo. obliga.

1 ☞ *Tẽpus certæ ætatis ſi adijcitur: quando requiritur quòd ultimus annus ſit perfectus.*
2 *Dies ultimi anni an debeat eſſe completus. remiſſiuè.*
3 *Debitum annua, bima, trima die, an debeat ſolui in fine termini, vel quando.*
4 *Tempus præſtationis legati quando incipiat currere.*
5 *Vendito libro, & facto termino pro ſolutione pretij unius anni: terminus incipit currere à tempore perfecti contractus ultima perfectione.*

SI cui legetur. Si legatum cõfertur in tempus certæ ætatis vltimus annus debet eſſe completus, vt debeatur: & exinde dies præſtationi adiectus currit, niſi propter ſcientiam teſtatoris
b aliud inducatur. hoc dicit. no. multum. Nota ꝙ [b] quando adijcitur tempus certæ ætatis debet eſſe completus vltimus annus: & non ſufficit ꝙ ſit incœptus. Secundò nota ꝙ quando debetur aliquid annua, bima, trima die: & ſic per plures terminos, debet ſolui in fine cuiuslibet termini. Tertiò nota ꝙ tempus præſtationis incipit currere à tempore teſtamenti. Oppo. glo. ad primum de l. ſi ita fuerit. de manu. teſta. Sol. Aliud eſt dicere, cùm erit xiiij. annorum: aliud quartodecimo anno, vt ibi: quod non placet Pet. ſed dicit eſſe ſpeciale fauore libertatis. Ego puto glo.
1 bene dicere. Pro cuius † declaratione diſtingue. Aut tempus ætatis opponitur per genitiuũ: vt cum erit xiiij. annorum, & requiritur ꝙ vltimus annus ſit completus: vt hic. hoc enim importat ſignificatio verborũ, vt hic. Aut per ablatiuum, vt habeat in xiiij. annos & tunc ſufficit ꝙ ſit incœptus vltimus annus: vt d. l. ſi ita. & l. j. §. quibus. j. de ſucceſ. edic. Nam in quacunq; parte anni ſit, xiiij. anno fit. vnde ſignificatio verborum hoc importat. Aduerte tamen ꝙ ſi verba executiua referuntur ad legatarium, debet habere intra annum quando vult: argu. d. l. ſi ita. Si referuntur ad hæredem vel debitorem: tunc debet dare intra annum quando vult: & ſic poteſt in fine anni dare: vt l. qui hoc anno. de verbo. obli. Si verò tempus ætatis apponitur per accuſatiuum: tũc annus vltimus debet eſſe completus: vt hic, & l. non putabam. de condi. & demon. l. Seius Saturninus. ad Trebel. Ita ſentit glo. ſed hic eſt dubium, quando terminus apponitur per dictionem ad, cũ accuſatiuo: videtur enim ſufficere ꝙ quis appropinquet ad terminum, vel eum tangat: vt l. ſi vitem. §. ſi ad Ianuam. quod vi aut clam. & l. quidam Iberus. de ſerui. vrba. prædio. & dixi in l. cætera. §. hoc ſenatus. ſ. eo. & ideo dic ꝙ hoc non eſt ex natura accuſatiui: ſed ex naturaverbi, peruenerit, vel peruenisſet, quod rem perfectam ſignificat: vt l. vrba. la j. §. fi. de verbo. ſignifi. & l. qui procurator. in princip. ff. de procu. Idem ſi diceret, ſi venerit ad xiiij. annum: quia eſt futurum ſubiunctiui: quod rem perfectam ſignificat, non cœptam: vt l. j. in fi. coniuncto princi. eiuſdem. §. quod quiſq; iur. Sed ſi diceret, legatarius habeat in anno decimo ætatis: vel in annum decimum, idem importaret. Prædicta fallunt in l. qui filium. §. j. ad Trebel. Ratio ibi paret in tex. &
2 in l. ad Rempublicam. j. de mune. & hono. † Quæro, an dies vltimus vltimi anni debeat eſſe completus? videatis in l. qua ætate. ſ. de teſta. Facit ad prædicta quod no. in l. iij. §. minorem. ſ. de
3 mino. † Oppo. ad ſecundùm de l. iij. de annu. lega. Solu. Intelligitur hoc ſecundùm illud. Oppo. & videtur ꝙ debeatur in principio cuiuslibet termini: vt l. j. C. quando di. leg. ce. Solu. glo. Ibi eſt legatum annuum ſimpliciter: hic ſecus. Declaro: hic ab initio fuit legatum vnum, ſed ſolutio diuiſa per tempora, per hanc adiectionem, annua, bima, trima die: & ſic illud tempus adijcitur cauſa differendæ ſolutionis, & fauore hæredis: meritò in fine anni debet ſolui, & pro hærede interpretatur: vt hic, & l. lecta. ſi certum peta. Quandoq; ſunt plura legata annua: & tũc tempus eſt adiectũ fauore legatarij, cauſa multiplicandæ obligationis: ideo in principio cuiuslibet anni debet ſolui: vt d. l. j. quando di. le. ce. & j. eo. titu. l. nec ſemel. Fallit ſi eſt relictum annuum ratione certæ neceſsitatis: quia tunc debet ſolui tempore neceſsitatis imminentis. Item fallit quando præſtatio eſt fienda de certo reditu: tunc debet ſolui quando rediius percipitur: vt l. nec ſemel. §. ſi in habitatione. j. quando di. le. ce. & l. Firmio. §. pater. cũ glo. eo. titu.
4 plenè dixi in l. qui hoc anno. de verbo. obli. Ad tertium † dictũ oppo. & videtur ꝙ à die mortis: vt l. qui duos. §. j. j. de ma. teſt. & alibi dicitur, à die aditæ hæreditatis: vt l. ſi in diem. in prin. de cõdi. & demon. & l. iij. §. ſi quis hæredi. de ſta. li. vbi cedit à die aditæ hæreditatis, etiam ſi ſit dictum ꝙ cederet à tempore mortis. Dic ergo: quandoq; dies apponitur diſpoſitioni: quandoq; apponitur conditioni. Primo caſu intelligitur à die mortis: vt l. qui duos. §. j. de ma. teſt. Fallit ſi per teſtatorem aliud ſit expreſſum, vt hic. Nam hic teſtator videtur voluiſſe quòd à die finitæ ætatis currat tempus annua, bima, trima die. Secũdo caſu, ſi qui dem conditio eſt implenda in perſonã hæredis, incipit à die aditæ hereditatis: vt in l. iij. §. ſi quis hæredi. de ſta. lib. Si verò nõ eſt implenda in perſonam hæredis: tunc à tempore teſtamenti põt impleri in vita, vel poſt mortem ſecundũ diſtinctionem l. ij. de condi. & demon. Sed contra hoc facit l. Thais. §. hærede. de fidei com. lib. ſed ibi debet impleri in perſonam hæredis, non vt hæ
5 redis, ſed vt filij: ideo teſtamenti tempus inſpicitur. † Circa hoc
c quæro, [c] ego vendo vnum librum, & facio terminum de pretio vnius anni: quando incipit currere illud tempus, an à tempore celebrati cõtractus, vel libri traditi? Vel quid ſi fuit facta ſub cõditione: an currat tẽpore celebrati cõtractus, vel cõditionis exiſtentis? Dic ꝙ incipit currere à tempore perfecti contractus, vltima perfectione etiam traditionis: vt l. tali facta ſtipulatione. in princip. de iure dotiũ. quod eſt multum no. Sed contra hoc facit l. j. §. biduum. quando appel. ſit. ſed vide per teipſum.

1 ☞ *Tempus certæ ætatis appoſitum grauato, quando faciat conditionẽ, vel diẽ. & nu. 3.*
2 *Dictio poſt, facit conditionem magis, quàm dictio cum.*

Hoc autem legatum. Tempus certæ ætatis honorati facit cõditionem. ſecus in tẽpore ſimplici. h. d. Quæro quare vnũ tẽpus magis habeat cõditionẽ, quã aliud. So. Dies ſimpliciter ſine aliquo euẽtu eſt dies:

Universidad de Deusto

est dies:quia certum est euenturū.sed cū alíquo euētu facit conditionē:quia est dubiū de illo euētu:& ita est hic. Facit l.iiij.in fi. §.de cōdi.insti.Opp.& videt q̄ tēpus certæ ætatis nō facit cōditionē,sed diē:vt l.ex his.qñ di.le.ce.Dicit gl.solue vt ibi.Tu dic, ibi tēpus certæ ætatis post legatū persectū adijcit p̄stationi: hic
a verò adijcit substātiæ legati.Sed oppo.quia cū p̄stationi apponitur,facit cōditionē.l.qbus diebus. §.quidā Titio. de cōdit. & demōst.Sol.si p̄stationi adijcit tēpus incertū,facit cōditionē: vt ibi.secus si certū tēpus.Et hāc solutionē firmat gl.in l.Seius Saturninus.ad Treb.in l.cū testator.C.de ma.test. Oppo.de l. si ita scriptū.la ñ.de ma.test.Sol. Ibi est spāle fauore libertatis:vt ibi dicit tex.Itē opponit de l.Seius Saturninus.ad Treb.Sol. Ibi facit diē ex p̄sumpta volūtate defuncti,q̄ colligit ex tribus:qa filius: qa minor:& qa paterna hæreditas est sibi debita. Sed si qđ istorū deficeret,non sufficeret.Hoc dico vt eū adaptē ad istū tex.ibi q̄ si testamēti,&c.vbi loquitur in filio:& facit cōditionē. Itē op. de l.libertis.§.ab hæredibus.de ali.& cib.leg. Iac.de Are.dicit q̄ ibi cōstabat,q̄ ibi voluit facere diē:sed certè ibi loquitur qñ est dubiū.Quare ego dico q̄ hic loquit qñ tēpus adijcit personę honorati:ibi qñ adijcit tēpus certæ ætatis personæ grauati. Et est ratio:qa lex dicit q̄ testator p̄sumit magis diligere primū hęre-
t dē q̄ secūdū:vt l.Publius.§.j.de cōdi.& demō.Hoc † p̄missō, qñ tps ætatis grauato apponit,voluit testator q̄ hæres grauatus,cū erit in illa ætate:præstet:ergo multò magis voluit q̄ hæres illius hæredis p̄staret,cū ipsum nō tantū diligebat.Sed qñ apponit tē pus ætatis honorati:tūc cū testator diligebat magis primū q̄ secūdū hæredē:licet velit dare primo:tñ nō vult dare secūdo. Sed hoc videt cōtra casum.l.si ita.de ma.test.sed ibi fuit appositū tēpus ætatis certæ personæ:& ius speciale in libertate ponit,sed secus in alio legato q̄ est de iure cōi.Itē cōtra me facit.l.si seruus liber.de sta.li.Rñ.ibi fuit tēpus appositū per si:& sic cōditio: non fauore libertatis. Itē cōtra me videt casus in l.fideicōmissaria libertas.§.etiā.de fideicō.lib.Sol.ibi fuit appositū tēpus certæ ætatis p̄sonę grauati,per hāc dictionē post:q̄ facit cōditionē magis q̄ dictio cū:vt l.inter illā.de ver.signi.vnde est idē q̄ in dictione si:q̄ facit cōditionem regulariter. Fallit fauore libertatis: vt d. §. etiā.Sed cōtra p̄dicta facit l.Thais.§.libertatē.j.de fideicō.li.Sol. ibi cōtinet ius cōmune:nec est spāle fauore libertatis.Et id q̄ ibi dicit humaniore interpretatione,&c.Intellige de illa humanitate,q̄ debet fieri in qualibet vltima volūtate : vt in l. in testamētis de re.iur.nō q̄ aliqd sit ibi speciale fauore libertatis. Itē facit cō tra me.l.si quis à filio.in princ.ś.eo.fm intellectū gl.Sed rñdeo : substitutus nō p̄stabat scilicet incōtinēti:sed adueniēte tempore xiiij.annorū:sicut l.ex his.C.qñ di.le.ce & tex.in d.l.si quis filio.
2 hoc innuit.Quare dicas tria verba.Qñq; † tēpus post legatū perfectū adijcit p̄stationi:& tūc aut adijcitur tēpus certū, aut incertū.Si verò tēpus certæ ætatis adijcitur substātiæ legati, & dubitatur an testator voluit facere diē,vel conditionē:dic aut adijcit tēpus certæ ætatis honorati vel grauati,aut tertij.Primo facit cō dictionem,vt hic.Secūdo casu aut apponit dies per cū : & facit diē:vt l.libertis.§.ab hæredibus. de ali. & ci.leg. & non obstat l. Thais.§.libertatē.de fideicō.lib.qa dico q̄ ibi ponitur ius cōmune. Aut per si,vel per post:& facit cōditionē.fallit fauore libertatis:vt l.si seruus liber.de sta.li.& l.fideicōmissaria.§.ēt de fideicō.liber.Tertio casu,facit cōditionē:nisi libertatis fauore : vt l.si ita.j.de manu test.Fallit si apparet expressè,vel tacitè aliqbus cō iecturis testatorē voluisse facere diē:vt l.Seius Satur.ad Treb.

1 *☞ Fideiussor an possit esse iudex in causa rei principalis, & an etiam testis inter debitorem, & principalem.*

Si Titio. Si legatarius grauatur soluere creditori defuncti:hæres & fideiussor agere possunt, non creditor.hoc dicit. Opponi.quod legatum valet in persona creditoris:quia eius interest plures debitores habere: vt l.iiij. in fin. de libe.lega. Soluit glossa. pluribus modis. Tene tertiam quòd non hic reliquit contemplatione creditoris, quòd probatur in text. in l.fideicommissa.§.interdum.j.titulo. ij. Gloss. vltimò tangit vnum verbum,quòd legatum valet pro hoc interesse,scilicet quòd habeo actionem bonæfidei:pro actione stricti iuris quod reprobaui in l.si creditoris.in fi.ś.eo . quia est cōtra casum
1 in l.Aurelius.in fi.de lib.lega.Vltimò Dyn. † inducit hunc §. ad duas quæst. An fideiussor possit esse iudex causa rei principalis.De qua vide in Specul.de iudic. delega. §. supereſt. versicu.sed nunquid fideiussor.b Secundò fide
b c iussor possit esse testis in causa inter creditorē,& debitorē.De qua vide in Spec . de teste.§.j.ver.qd de fideiussore.

1 *☞ Si non valet expressum, an valeat tacitum.* 52.

Si fideiussor. Vitiato exp̄sso nō vitiatur tacitū æquè p̄cipale.h.d. Oppo. si nō valet expressū † nō valet tacitū:vt l.itē.§.fi.ś.de ser.ru.prę.Circa hoc Pe. facit vnā distinctionē quā Cy.recitat.C.de sac.sanc.eccl.in aut.ingressi . Tu breuius & clarius dic,qñq; est eadē ratio vitiādi tacitū, quæ est vitiādi expressum, vt si expressum fuit factū dolo,vel metu : tūc vitiato exp̄sso vitiat tacitū:vt l.debitū.C.de remiss.pig.& d
l.metū.§.cū autē.& §.fi.q̄ me.cā.Qñq; nō est eadē ratio:& tunc aut actus celebratus est sufficiens ad disponendū sup tacito,& expresso p̄cipaliter : & vitiato expresso nō vitiat tacitū:vt hic,& l.j.§.j.ī fi.quib.mod. pig.vel hyp.sol.Declaro,hoc legatū pōt relinq tacitè,& nutu:vt j.ti.ij.l. fideicōmissa. §.interdū.& l.nutu.q̄ hic fuit factum.Si verò actus celebratus nō esset sufficiēs ad inducēdū tacitū principaliter,sed illud tacitū venit in quādā cōsequētiā : tunc vitiato expresso vitiatur tacitum:vt l. si spōsus.§.j.de do.inter virū.et vxo. & l.item.§.fi.de ser.ru.prædiorum.

a ✠P . P A V . P.
¶ Sed oppono.Vide Crē.singu.xiij. & in ferius versi. Sol . ibi speciale. istā solutionē sequtur Cō.consil. cxxvij.
b ¶ Fideiuss. Adde an fideiussor.possit esse testis,an.cōs.ccxcv. vide tñ quod voluit Ro.de cestione,cōs. ccclxxxij.
✠P . P A V . P.
c ¶ Nunqd fideiuss.Vide Io . And . in adit . Spe.hic alle.& Ant . de But.ī c.in sup extra de testi.vltra An. & Imol.hic
d ¶ Quęro de q̄stiōe. Et vide p̄ ista q.Io. de Imol.hic,et ī l.sed et si possessio.ī prī.ff. de iureiur.et ibi Bal. Pau.de Ca.& Rap. & vide Bar.&Io.de Imol.īl.pe.ś.species. ff.de acqr.pos. Bar. & alios d.l.f nume. ratiōib⁹.And.Barb.
✠POMATES.
¶ Vide Bartol.in cō sil.clxxvj .

1 *☞ Hærede damnato per testatorem uendere fundū, oblatione pretij facta per emptorem, si hæres recusauit uenditio erit perfecta, & dominium translatum.*

AVobis. 2 Sufficit vltimū annum eſſe cœptum,vt legatum annuū pro illo anno tranſmittat.h.d. Opp. de l.ſi operas.§.devſufructu.et l.ſed & ſi qs §.ſi operas.eo.ti.Soluit glo.duobus modis. Tu dic breuiter:hic loquitur in legato annuo facto ſimplr,non reſpectu alicuius facti explicandi à legatario:ibi verò erat ſtipulatio annua,reſpectu alterius facti explicādi à ſtipulatore: & ideo pro quota parte anni illud factū impleuit,ex illa parte committit ſtipulatio,vt ibi,& dixi plenè ī l. ſeruus cōis meus.§.fi.j.de ſti.ſer.ſed tetigi in l. ſi ex toto.§.fi.§.de le.j. Item opp.de l.petitionem.C.de aduo.diuer.iud.Sol.expone vt ibi gl.dicit:quia nil ad hæredem tranſit: ſubaudi,niſi ſalarium illius anni.& no.in l. poſt duos.eo.titu.

ANnuam. Propter mortem executoris legatū annuum nō extinguitur.h.d. Opp. de l.legatum.in fi.j.de admi.re.ad ciui.perti.Sol.gl.qa hic,cū reliquit ad ludos honeſtos:ibi ad inhoneſtos. Opp.ꝙ non in perpetuū,ſed vſq; ad certos annos debeatur:vt l.ſi vſusfructus.§.q.mo.vſusfr. amit. Gl.ſoluit,ibi in vſufructu:hic in legato annuo.In contrarium vī tenere gl.j.eo.l. penū. & j.ti.j.l.ſi vſusfructus.& ibi dicam.

☞*Officium iudicis non eſt actio.*
Fratres minores non petunt iure actionis relicta, ſed iudex ex officio cogit hæredem.

3 *Iuſſus te ſtatoris quòd hæredes uſque ad decem annos debeant cōmuniter morari, quando ualeat.*
Clauſula, quòd debeant ſtare & morari communiter, quid importet.

QVintus. Diſpoſitio reſpiciens ſolam authoritatē defuncti, non commodum alterius: non iure actionis, ſed per officium iudicis effectui demandatur.h.d.vſq; ad fi. No.notabilem tex.in fi.ibi:neq; 1 omnino ſpernenda,neq;,&c. †No.quod officium iudicis nō c eſt actio.qd' plenè ſolet dici Inſti.de actio.in prin. Scd'ò not. 2 †pro fratribus minoribus[d] qui nō poſſunt petere iure actionis id d quod eis eſt relictum:certè compellūtur hæredes dare officio iu 3 dicis,vt hic. Vltimò formo talem quæſtionem:teſtator †iuſsit hæredes vſq; ad decem annos debere morari communiter.quæro an iſta diſpoſitio aliquid valeat.Videtur ꝙ non: quia licet teſtator iubeat pupillum apud aliquem morari,hoc omnino ſeruari non debet:quia ſibi non expedit:vt hic,& l.j.§.vbi pu.edu.debeat. Cōtrarium puto qd' valeat,ſi alicuius eorū intereſt: vt hac lege,ibi:aliter atq;,&c.Pro cuius declaratione eſt videndū quid e importent iſta verba,qd' debeant ſtare,& morari communiter. Videtur qd' importent quòd omnia bona ſint communia:vt l.ſi. f §.Lucius.§.de leg.ij.& l.Lucius.in prin.j.ad Tre.Sed ego cōſulendo dixi aliter:quia quandoq; iſtud verbum,communiter, refertur ad res:& tunc importat quòd ipſum patrimoniū ſit commune:vt in legibus.§.alle.Quandoq; refertur ad actum ſtandi, ſeu morandi communiter:vt in themate propoſito:& tunc quādoq; iſta verba referuntur ad aliquos qui habent patrimoniū diſtinctum,& ſeparatum:vt legovni ſcholari centum,ſi ſteterit,& moratus fuerit communiter cum Sempronio:tunc debet intelligi communiter,i.qd' expenſæ victus fiant communiter,& equaliter conferantur:vt l.j.circa prin.et l.iij.in fi.j.de colle.illici.Quā doq; iſta verba referunt ad habētes patrimonium commune,& qñ teſtator iubet plures fratres morari communiter : tunc debet intelligi qd' æqualiter fructus colligant,& æqualiter expendantur,& licet vnus haberet maiorē familiam quā alius, nō propter hoc tenebit plus conferre.Hoc probatur:quia verbū cōiter, debet intelligi,i.æqualiter:vt d.l.fi.§.Lucius.§.de leg.ij. Hoc videt dicere tex.x.col.de duo.fra.de no.be.inue.c.duo fratres.Pro hoc facit l.cū duobus.§.idē Pap aliàs incipit,ſi fratres.§.pro ſoc. Pro hoc videtur quaſi tex.j.de do.exce.l.ſi.§.fi.vbi iſta verba parem rationem fecerit exponuntur,id eſt eo noīe nil exegerit. Ita hic, communiter vixerint debet intelligi,id eſt,æqualiter. i. quòd eo nomine neuter ab altero aliquid exigat.

1 ☞*Legatum factum quitati in annos ſingulos, dicitur perpetuum.*

IN ſingulos annos. Legatū in annos ſingulos eſt ſimile legato vſusfructus, niſi in tribus quę hac lege ponunt.h.d. tex.ibi:finiatur &c. quæ repetitio in legato annuo nil operatur.cum capitis diminutione nō finiatur & ſic eſt hęc ſecūda differentia. Vltimò gl.quæ eſt hic,ponit caſum in l.iſta.Dicitur hic qd' vſusfructus finitur capitis diminutione.Contra,C. de vſufr.l.corruptionē.Sol. Minima capitis diminutione nō pe- 1 rit,vt ibi:ſecus in magna,vel media,vt hic. Quærit glo.†quid ſi ſit relictū ciuitati eo modo quo dicitur in ver. quod in vſufr. ſ. per retentionē.Dicunt quidam,qd' tunc legatū eſt perpetuū,niſi ciuitas pariatur aratrum:vt ſi hoīes inde diſcedant animo deſerē dī ciuitatem:vt l.ſi vſusfructus.§.quib.mo.vſusfr.amit.

1 ☞*Idem eſt dicere, lego decem ſuper illo fundo, quod obligo fundum pro decem.*

1 FVndus, quem. †Quæro quid ſi teſtator dicit,lego centū annua ſup illo fundo:vtrū ex hoc videat illū fundū expreſsè obligare:& idē dico in cōtractu ſocietatis.Dico qd' ſic:quia tm̄ eſt dicere,lego ſuper illo fundo:quantū,obligo illum fundum.Hoc ꝓbatur in ru.§. de re. eo.qui ſub tut.vel cura.ſunt,non alie.vel ſupponendis.& videtur tex.in l.codicil.§.inſtituto.§.de leg.ij.

1 ☞*Famulo, qui tribus ſcholaribus ſeruiebat, ſi duo receſſerunt, an debeat diminui ſalarium.*

SEio. Legatū relictum ob cauſam, determinat ſcd'm cauſam ſibi annexā.h.d. No.tex. ibi:cū tam labor,&c. Opp.C.de inſti.& ſub.l.j. & j.de cond.demō.l.in teſtō.Sol.hic legatū fuit factum in fauorē hæredis,vt apparet ex verbis teſtatoris,

Universidad de Deusto

toris,ſed ibi in fauorẽ legatarij. Alij dicunt diſtinguẽdũ eſſe', an iſte amicus cœperit morari cũ hæredibus vel non, q̃ diſtinctio non eſt vera:vt probat̃ ſ. ti.j.l.q cõcubinam.§. vxori. quare tene primã ſol.& eodẽ modo reſpõde ad l.j.C.de le.Op.de l.Meuia. j.eo.Sol.Ibi ſtetit per eũ,cũ quo morari debebat: hic per caſum. Hanc materiã dixi plenè j.de cõdi.& demon.l.illis libertis: vbi teneo opinionẽ gl.reprobata opinio Pet.& Dy.Quæro,quid ſi illi,q deceſſerunt,inſtituerũt hæredẽ iſtũ ſuperuiuẽtẽ. Certè cũ labor nõ eſſet minutus,cũ patrimoniũ eſſet integrũ apud eũ, nõ minuet̃ iſta præſtatio,vt hic patet.Itẽ ſi teſtator iniũxit aliquod onus alicui,qd' ita facilíter expediat̃ pro tribus,ſicut ꝑ vno:tũc quia onus nõ minuit̃,nõ debet minui præſtatio,vt hic,ibi:cũ tã
a labor,&c.& hic eſt ar.ª †pro famulo ſcholariũ,ſi famulus cœpit
1 ſtare cũ duobus,vel tribus,& duo receſſerũt,vtrũ debeat habe-
b re tm̃ ab vno remanẽte quãtũ ab oĩbus. Certè eatenus ᵇ quate-nus labor diminuit̃,debet diminui præſtatio pẽſionis, vt hic:vñ cũ tantus labor ſit in ſeruiendo vni,quãtus eſt in ſeruiẽdo tribus non deberet minui præſtatio,ſeu penſio.vnde arbitrio boni viri hoc ſtatuetur.

1 ☞ *Dictum generale ad extraordinaria non extenditur.*
2 *Ruſticus ſi legat domino quantũ præſtabat,qd'intelligitur ratione erogationis annuæ.*
3 *Procurator generalis q, poteſt facere ea,quæ dominus ordinarie faciebat.*
4 *Qui renunciat caſibus fortuitis,non intelligitur renunciaſſe inſolitis.*

c **Medico.** 'Dictũ generale †ad extraordinaria non referr̃.
1 h.d.Nota caſum.Dy. intelligit erogationis an-
2 nuę ex forma cõuẽtionis:& per hoc dicit,† ſi ruſticus legat dño quantũ præſtabat:debet intelligi,præſtabat,ex forma obligatio nis.Ego puto cõtrariũ, & intelligo erogatiõis annuæ ex forma preſtationis:qa'pluribus vicibus hic ſolitus fuit p̃ſtare.Hoc pro bat̃ j.ea.l.§.fi. Oppo.j.de ali.& cibа.leg.l.Mela.§.j.vbi intelligi debet de eo qd' p̃ſtabat vltima vice,hoc eſt tẽpore mortis.Solu. ibi p̃ſtatio ſemper fiebat reſpectu vnius cauſę,ſ.,ppter alimenta. Vnde ſemper videbat̃ vna p̃ſtatio.quę ratio hic ceſſat,vt ibi no.
3 Vltimò no.† tex.iſtum ad multa.Procurator gñalis põt facere ea q̃ dñs ſolitus eſt facere:vt l.vel vniuerſorũ.de pig.act.Nã de-bet intelligi de his q̃ ſolitus eſt facere ordinariè:ſecus in his q̃ ſo litus eſt facere extraordinariè.Itẽ tene menti ad aliud: aliquis re
4 nunciauit gñaliter caſibus fortuitis.Dicit glo.† q̃ tenet̃ de caſu
d fortuito:vt l.ſed & ſi quis.§.quęſitũ.ª ſ.ſi quis cau.q̃ intelligo de caſu fortuito cõtingente cõiter.Secus ſi eſſet inuſitatus q̃ veni-
e ret de mille annis ᵉ vna vice:arg.huius legis & videtur tex. in l. fiſtulas.in fi.de contrahen.emptio.

1 ☞ *De dictione præter.*

1 **Vxori.** †Dictio præter, ponit̃ incluſiuè qñ cadit inter res ſeparatas,quarũ vna nõ cõprehẽdit aliã.h.d. Opp.
f j.de pec.lega.l.nã qd' liquidæ.§.fi.Rñdeo,hæc ᶠ dictio,præter, ᵍ
g ponit̃ inter res ſeparatas,quarũ vna aliã non cõprehẽdit, vt hic: ibi verò ponit̃ in tres res,quarũ vna aliã comprehendit:qa inter genus & ſpeciẽ.Ita no.doc.in l.actione.C.de tranſac. & ibi glo. & conſueuit dici in l.j.in fi.s.de pig.act. Opp.cõtra hoc de cap. dudũ.el.ij.extra,de elec.vbi papa dixit ſic. Diſpenſo tecũ vt ta lia beneficia p̃ter obtenta poſsit licitè obtinere. Certè ſuper ob tentis non videt̃ diſpẽſatũ. Dicit Inn.ibi,hic loquit̃ in legato.qd̃ eſt fauorabile:ideo eſt facienda benigna interpretatio: vt j. de reg.iur.l.in teſtamentis.ſed ibi loquitur in diſpenſatione,quę eſt odioſa.Ita dicit Inno.in d.c.dudum.in vlti.glo.

h **Libertis.** ʰSi teſtator legat qd' viuus præſtabat:ea ſola de bentur, quæ legatarij cauſa præſtabantur. h.d. Notabilis caſus eſt,& menti penitus tenendus.

CAius. Annua præſtatio fienda ex reditu certe rei, finitur morte legatarij.h.d.Et hæc lex ſecũ dum glo.legitur duobus modis. Vno modo ſecundũ Io.de qua opinione fit mentio in glo.ij. Alia eſt opin. Ro.ſecundum quam alio modo legitur iſte tex.& eius opin.po nitur in gloſſ.quæ incipit,ſ.annuæ,& etiam in gloſſ. penulti.Et ibi lec.Ioan.reprobatur:ideo non recito eam:quia eſt cõtra tex. ſed fortè aliter habebat iſte tex.quam habemus cõmuniter. Nã fortè in fi.habebat non videri, vt quidam habent:pone ergo ca-ſum ſecundum Roma. Oppo. quòd iſtud ſit legatum vſuſ fructus:vt l.ſi quis ita.s. de vſufruc.Solu. ibi debebat percipere oẽs fructus à ſeipſo. hic debebat de manu alterius vt patet ex

a ☞ POMATES. ¶Et hic eſt argumentum.Ad idẽ eſt,& econuerſo,q̃ cre-ſcente labore debet creſcere ſalariũ,per Ro.cõ.xxv.Fel.in c. cũ olim. de re iu.
b ¶Certé eatenus.Sequitur Bal.in auẽ.habita.in fi.C.ne filius pro pat.Itẽ facit iſte tex.ad alias quæſtiones ractas per bal.in l.j.C.de le.in fi.opp.& iſtũ text, alle.ad q.Bal.in fi.circa medium rij.col.C.de indi.vidui.

c ¶Medico.Item facit ad no.q. de principe, vel archidiacono q vendidit,vel locauit fructus regni,vel ar-chidiaconatus: an in telligat̃ vẽdidiſſe id, qd' ſibi debeẽ,vel ex pẽſas quæ ſibi à ciui tatib⁹ tradebanẽ ei⁹ iocũdo aduentu, ſeu ingreſſu & facit iſte tex.qd' nõ.& ea quę habenẽ in l. his ꝟbis §.alumno, &. §.fi.ff. tit.j.& in l.ſi verò .§. itẽ quicq̃.ff.ſol.mat. Sed in cõtrariũ facit l.diuortio.§.qd ſ anno.ſol.mat. vbi illud qd' præſtat̃ ſup ex-traordinaria præſta-tione,dicit̃ eſſe in fru ctu:ſed ille text. non obſtat. Pal.dicit Ol-dra.determinaſſe qd' non.p ſuprà dicta iu ra.& hic in cõſ.Old. cxxxj. & idẽ ibi te-net Imo.in d.§. quo-dã modo. Ad idẽ fa-ciũt q̃ habenẽ in l. q̃ no.j.tit.j quod no.

☞ POMATES. ¶Medico. Vide qd p iſtũ text. inferebat Old.cõ.cxxix. & cõ ſi.ix.in prin.

¶Quæſitũ. Limita tio ad l.ſed & ſi quis §. quæſitũ. ſi qs cau.

☞ POMATES. ¶De mille annis. Qualiter ſtelligat̃ de mille annis, declara p Ale.cõſi.cccclxxij. tnci. perſpectis ꝟbis inſtrumenti.

f ¶Vxori.Rñdeo,hęc. Et vide de iſta dictio ne,p̃ter,& de dictio ne,niſi.l. Titia.§.fi.ff. manu.te.Cy.& bal. l.l.actiõe.ff. de trãſac. Bar.l.ſi eũ.§.q iniu riarũ.ſi qs cau. And. Barba.

g ¶Vxori.Dictio.præ ter. De dictiõe p̃ter, vid' bar.l.l.actõ.C.de trãſac. & l.l.ſi cũ.§.q iniuriarũ.ſi qs cau.

ADDE Ro.cõ.cccxx viij. & Old.cõ.xlix. vbi de multis aliis dictionibus.

h ¶Libertis Singu. eſt iſte text.valde ſed ꝫ bal.in l.j.C.de leg. in vlt.colum.

i ¶Caius.Opp.ff. Vt de Bart.in l. Mela. §. quidã.de ali.leg.

k ¶Itẽ q̃rit gl. Vide tñ bar.ff. l.fund⁹ quẽ.ff.e.

☞ POMATES. l ¶Vltimò no. Facit q̃ no.Bal.Flo. & Cy.ff. l.ſi ſeruus plurib⁹. in prin.ff.de leg.j.

m ¶Videt̃ mihi relinq. Qñ legatũ rei meæ mihi acquir̃ facit l.ff. §.fi.ff.d cõtrah. emp.

n **Mæuia nepotem.** ᵖCõditio. †quę pen
1 det ex poteſtate legatarij & alterius,ſi ex fa cto alterius ip̃ediat̃ ſine legatarij culpa ha-beẽ pro impleta.h.d.Opp.& vr̃ q̃ etiam qñ
2 ſine fraude remouetur,non conſequatur le gatũ,per l.Seio.in prin.§.eo.Sol.Ibi fuit re-motus ꝓpter caſum:hic facto alterius,in cu ius perſona debebat impleri conditio. Prin cipium huius † legis facit ad qõnem de aſſeſ ſore,qui propter ſuum delictum, vel bara-tariam remotus eſt ab officio: an debet ha-
o bere ſalarium°.Hic videtur tex.qd' nõ. Iac. de Are.allegat etiam l.quid autem.in prin. §.de excu.tu.Gl.tangit in l. diem functo.in
3 fi.§.de officio.aſſeſ.Sed in vno † circa hoc du bito:pone q̃ aſſeſſor ſui culpa in medio of-ficij ſui remoueturran debeat habere aliqd de ſalario pro eo tp̃e quo non commiſit cul pam? Videtur qd' non:arg.l.etiam ſi partis. §.de leg.j. In contrarium vr̃,& hoc puto ve rum:quia ipſe debet habere ſalariũ pro illo tp̃e quo non commiſit culpam:ſed pro illo tp̃e futuro quo culpam cõmiſit tenebitur ei qui conduxit eũ,ad intereſſe,vt l.ſi fundus ver.ſimiliter.§.loc.& ſic intelligo hãc legẽ, q̃ hic non poterit petere fideicommiſſum, ſ.pro futuro tempore, quo eſt propter cul pam remotus.Non obſtat l.etiã ſi partis. §. de leg.j.qa ibi excuſabat ſe à parte reſpectu rerũ:vnde nullo rp̃e,& nullo modo fecerat

n ¶Mæuia nepotem.Et vide Bar.in l.iudices.hic allegata.do.Abba. in ca. cũ ſit de ſo.compe.And.Barba.

o ¶Mæuia.habere ſalarium.Aſſeſſor priuatus officio propter ſuum delictũ, an debeat habere ſalariũ.& vide Bal.in l.æden.C.locati.& in l.j.in fi. C.de ſuf-fra.& bar.in l.j.§.diuus.in fi.de va.& extraor.cog.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Secunda Bartoli ſuper Infortiato.

a ¶ Vxore. iſtū tex. alleg. Bar. in l. ſi cōuenerit de iurisd. om. iu. & vide qd̄ p iſtum tex. dicit bal. in l. acptam in xiij. col. a's q. C. de vſur.

b ¶ Debeat habere. 1 Quid importet hoc legatū, vlego centū, ſi cum Seio ſteterit dic vt per Bar. in l. Caio §. j. de ali. legat.

c ¶ Pro ſpleta. Sed qd ſi relinquit mulieri ſi 3 alibi nō diſceſſerit: et mulier extra domū nubat vtrū ſi filij no 4 lint eā ſequi, relictū debeat tex. eſt no. in l. tale. ſ. prin j. de cōd. & demō. & ibi doc. 5

d ¶ Formae Cy. & vi de Bal. & Ang. in l. ſi cū dotē. §. ſi maritus. fol. ma. & Bal. in l. q a manumittunt. C. de ope. li. & Cy. in l. j. de re mil. & vide Imo. ſ 1 d. §. ſi marit⁹. & i ru. ſo. ma. & adde gl. i c. vnaquæq; alii. ſub c. Ebrō. xiij. qō. ij. qa aut culpa viri hoc cō ingat, aut nō. ſi culpa viri, nō teneē: ſec⁹ ſi nō culpa. ar. no. ſ c. j. qui ma. accu. poſ. et per hoc dici poſſet. quid ſi marit⁹ ſit expulſus, ppter paupertatē, an mulier tenetur ſequi virū ſi vir hoc velit, & offerat alimēta: an⁹ō ſterilis poterit remanere in ciuitate ſi velit. & dotē petere, p ea q̄ not. Bar. in l. ſi cōſtāte. ſol. ma. Alb. & Odof. te nēt cp non teneaē ſequi, per ea q̄ hic habent. ſed in d. §. ſi marit⁹. diſtinguūr: aut ē culpa viri, aut nō, per p̄dicta iura Canonica. Et adde Bal. in l. qui manumittuntur de ope. lib. & not. gl. in c. j. de cōiugio lepro. & no. xxiij. a's xxiij. qō. j. aliās. q. ij. §. ſi euitabili. Add vt p Pau. ca. cō. ccxcij. 3

d

e ¶ Non ſufficiāt. No. pro baronib⁹ Sicul⁹, vt non teneant̄ ſequi regē, ſi fructus baroniæ nō ſuppetūt. Et adde Bar. in l. Imperator. ad treb. & bal. in l. qui manumittūtur. C. de oper. liber.

f ¶ Si cui annuū. op. de l. cū poſt. vid Cy. & bal. in l. priuilegia C. de ſa. ſan. ec. Adde aliū caſum vbi legatū ſcertū valet, ſi fiat cā ſtudiorū vt voluit Bal. in l. j. §. de leg. ij. licet intelligat de eo 4 qui ſtudet in ſacra Theologia. qd̄ non puto verum: ſed in oib⁹ qui ſtudēt: quia cū ſit hoc in dote, vt 5 d. §. gener. ergo idem erit in ſtudētib⁹ quia cā ſtudiorū & dotis e æquiparātur: vt per Bar. & doc. in l. j. ſi. ſol. mat. & qd̄ idē ſit in cā ſtudij, facit l. ſti 6

quod debebat: hic verò remouetur à parte reſpectu temporis: & ſic in parte temporis fecit totum quod facere debebat. Fallit in caſu l. iudices. de anno. & trib. lib. x. Vel dic vt ibi dicit.

☞ Qui tenetur cum aliquo morari, non tenetur eum aliò ſequi: ſed hoc declarabitur arbitrio boni viri.

Legatum factum alicui ſi cum aliquo moraretur, ſi ille habet uxorem, & uxor non uult quod cum eo moretur, habebit legatum: & de nocte morabitur cū uxore, & de die cum illo, cum quo morari debet.

Vxor tenetur ſequi uirum peregrinātem, ſi tempore quo ipſum accepit, peregrinabatur, uel peregrinatio ſit futura modica.

Aduocatus an teneatur ſequi forum, ſi cauſa eſt, mutata remißiuè. & gl. allegata diſtinguit, an remotè aut parum remotè.

Fideles Imperij non tenentur ſequi Imperatorem, ſi fructus feudi ad impenſas non ſufficiunt.

Debens morari cū aliquo, an debeat in domo operari.

Vxore. 'Qui tenetur †cū alio morari non tenetur eum ſimpl'r aliò ſequi ſed hoc declarabit̄ boni viri arbitrio. h. d. In tex. ibi: dirimenda eſt. dic eo modo, quē in ſequenti qōne ponet. In text. ibi: & modo, i. vtrum, qualitas legati ad expenſas ſufficiat, vel non. Ita exponebat lac. de Ra. & Pe. Nota ergo caſum iſtū, vt dixi in ſummario. Hæc lex facit ad multa. †Primò, aliquis debet cū aliquo morari: & ſub hac cōditione fuit ſibi relictum annuū legatum vxor ſua non vult vt ſtet mecum, ſed ſecum: an debeat habere ᵇ illud legatū? & primò videtur cp ſic: cū nō ſtet per eū, vt ſ. in prin. huius legis. et l. Labeo ſcribit. ſ. de contrahen. emp. & l. ſi Titius ſtatuas. de cō di. & demon. quæ leges dicunt cp ſi quis p tertium iuſtè impeditur, condītio habetur pro impleta'. Doc. noſtri dicunt quòd ī die moretur cū quo debet: & de nocte cū vxore ſua, & ei debitum reddat: ar. ſ. de ope. lib. l. medicus. & l. cū patronus. in fi. & l. penul. in fi. eo. tī. Sed ſi eſſet caſus. in quo cū ea in die haberet morarī puta in caſu infirmitatis & ſic haberet neceſſe morarī cū ea: vt l. ſi cū dotē. §. ſinaūt in ſæuiſſimo. ſ. ſol. ma. tūc putarem cp deberet habere legatum: & cp conditio habetur pro impleta: vt in ll. ſ. allega.

Seçūdò †quæro an vxor teneaē ſequi virum peregrinatem. Hāc qōnē format Cy. ᵈ C. de ope. lib. l. libertæ. & Gul. de Cu. format. ff. de offi. procon. l. obſeruare. §. ꝓficiſci & ipſi determinant cp ſi vir incipiat peregrinari per mundū: non tenetur virum ſequi: arg. huius l. & l. quod niſi. §. j. j. de ope. liber. niſi tempore, quo ipſa duxit eum in virum, conditionē ſuā ſciebat. Tunc ēm vī in eum cū illis cōditionibus cōſenſiſſe, cōſyderata qualitate perſonæ: vt l. plenū. §. equitiī. ſ. de vſu & habi. C. de ſpon. l. fi. circa medium. et l. ꝓmittendo. §. penu. de iure do. Sed ſi eſſet q̄dam peregrinatio modica, & honeſta: tūc tenetur ipſa virum ſequi: ar. huius l. & gloſ. eſt extra de coniug. lepro. c. j. Tertiò †inducitur in arg. an aduocatus teneatur ſequi forum ſi alibi cauſa mutata eſt. De quo eſt gl. in l. ſed & hæ. §. non ſolum. ſ. de procur. Quartò †inducit Dy. hunc fi. cp fideles Imperij non tenentur ſequi Imperatorē, ſi fructus feudi ad impēſas itineris nō ſufficiāt: ᵉ vt hic, in fi. Et pro hoc quod no. x. colla. de pa. tenē. §. fi. Vltimò †text. iſte facit ad aliud, ſi aliquis debet morari cum aliquo, qd debet facere in domo: debet ne operari. De quo dixi. j. de ali. & cib. leg. l. Caio. §. fi. tenementi iſta.

1 ☞ Legatum incertum quod ualeat fauore alimentorum. Idem fauore piæ cauſæ.

2 Promiſſio incerta in contractibus quando ualeat.

Sl cui annuum. Fauore alimētorum valet † legatum incertū. h. d. f Opp. de l. cū poſt. ᶠ §. gener. de iure do. Sol. ſpeciale eſt fauore alimentorū. Simile in cæteris pijs cauſis: vt dicam in d. §. gener. Vel in legato ad viam reficiendā: vt l. quidam. ſ. de leg. ij. Alij dicunt ſpeciale eſt in legato annuo: ſecus in legato ſimplici. Hæc ſo. non habet rōnem in ſe: niſi ponerēs cp annuum legatum ſemp eſſet factū in cauſa alimentorum. quod non eſt verū: vt no. j. eo. l. codicillis. imò debet diſtingui an relinquatur perſonæ pauperi aut diuiti: vt no. in l. cū hi. §. ſi in annos. ſ. de tranſac. quare teneas primam ſolutionem, cp fuerit legatum in cauſa alimētorum: quia expreſsè dixit: vel ex pſona legatarij tacitè præſumat̄. g h

2 Quæro †quid in contractibus: an valeat promiſsio incerta? Gl. dicit, & bene, qd̄ nō: vt d. §. gener. & l. triticum & l. ita ſtipulatus j. de verb. oblig. qd̄ intellige, niſi ex aliquo declaretur: vt d. l. tritic ū. vel niſi fiat ex cauſis fauorabilibus, vt in dote, & in via reficiē da, & ſimilibus. l. j. & ibi no. C. de dot. pmiſ. & in d. l. cū poſt. §. gener.

1 ☞ Solutio facta perdituro, ſi non perdidit, liberat ſoluentem.

2 Dilatio in dubio præſumitur appoſita gratia debitoris.

3 Emphyteuta an poſsit ſoluere canonem pro pluribus annis.

4 Emphyteuta quod poſsit particulariter ſoluere canonem & in tribus uicibus dum tamen ſolutionem compleat uniuus anni.

g Vm qui. ᵍ Si dilatio ponit̄ gra legatarij, non pōt ſolui ante: ſecus ſi gratia hæredis, h. d. iſta lex. Diſtinguitur ergo cuius gratia tps ſit appoſitum. Hic dicitur 1 †qñ ſoluit̄ perdituro. Sed quid ſi nō perdidit? Dicit gl. cp ſol'one liberatur: & bene: vt 2 in gl. patet. Itē †quæro qd in dubio? Dicit glo. cp in dubio præſumitur tps appoſitū gratia debitoris: vt no. j. de ÿ. ob. l. q Romæ 3 in prin. in fi. gl. magnæ. Vltimò Dy. †inducit ad q. an emphyteuta poſsit ſoluere pēſionem pro pluribus annis futuris. Videtur cp ſic, p l. ſtatuliberos. §. Stichus. de ſtatuli. ſed ibi eſt ſpāle fauore libertatis. Ita dicit gl. ſ. ſi cer. pe. l. qdā exiſtimauerūt. ſed Cy. C. de iure emphy. l. ij. in fi. dicit qd̄ dñs pro futuro tpe non cogitur recipere. Ratio eſt, qa particularis ſolutio affert dño plus de commodo: qa per particularē ſolutionē ius dñi facilius ꝓbat̄: vt l. ſi certis annis. C. de pac. vbi no. per Cy. qa licet ex ſol'one annua debitum præſumat̄: nō eſſet idē, ſi fieret vna ſolutio pro decē annis, vel pluribus. Et iſtud vī eſſe verius: tñ poſſumus dicere, & determinare iſtam qōnem per ea q̄ notant̄ in l. q Romæ. in princ. j. de ver. ob. Nam cum hic tps apponatur gratia creditoris. i. dñi, vt facilius ꝓbet ius ſuum: & gratia rei, vt habeat dilationē: tūc ſi vult ſoluere pro futuro tēpore, cū omni inteteſſe creditoris. i. dñi, bene audit̄ʰ: vt l. qui Romæ, in prin. no. Nam poterit ſoluere facilē do dño inſtrm, in quo ipſum in dñm recognoſcat pro tāto tem- h
4 pore. †Quæro, qd ecōtra, ſi emphyteuta nō vult ſoluere totā i penſionē ſimul, ſed particulariter: an poſsit. ⁱ Videt̄ cp nō: vt l. tutor. §. Lucius. ſ. de vſu. & l. planè. ſ. fa. erci. ſed in cōtrariū eſt l. placuit. C. de colla. fun. pa. li. x j. vbi p̄t ſoluere particulariter: dum tñ in tribus ſol'onibus cōpleat ſol'onem vnius anni. Vel potes dicere quòd

chus liber eſto. ſ. de leg. ij. & qd̄ ibi not. dixi poſt Bar. & no. gl. in d. §. gener. ad fi. gl. magnę. & adde ad gl. hic, & Bar. hic gl. ſimilē in c. nos quidē in gl. pe. & docto. de teſt. & Spec. in loco ibi allegato p doct. ſti. de inſtr. edi. §. nunc verò aliqua. v. quid ſi teſtator. & gl. in d. l. priuilegia. & Bal. ſ l. j. e. ti. in xxiij. co. bū facit l. id qd̄ pauperibus. de epiſ. & cler. quā declarat Bar. ī l. quidā. de re. du. licet aliter velint Pe. Cy. & Bal. in d. l. priuilegia. & adde Bar. in l. quidē. j. de vi. ti. & oleo le. & Bar. ī l. Titia. §. fi. de auro & argen. lega.

¶ Eū qui. Vide Bart. in l. ſi ita. §. Pegaſus. de lega. j.

¶ Bene auditur. Emphyteuta an poſsit petere pro futuro, vi de Bar. in d. §. Stich⁹. cū ſeq. Gul. & bal. in l. plures. in fi. C. de ſt de inſt. & quod habetur in l. ſtipulatio. §. inter certū. de verb. ob. & Bal. in l. ſi quis argentū. in fi. iij. col. C. de dona. & bal. in d. l. ij. in vlt. col. C. de iur. emphy. & cp no. Bar. in l. ſi cū præfinitione qſi di. le. ce. per Bal. in l. filiusfa. §. diuus. de leg. j. & Spec. in titu. de loca.

¶ An poſsit. Quid autem ſi quis partē ſoluit, non autem totum, vtrum res ſocidat in commiſſum? Bald. videtur dicere cp ſic, per illum text. in l. pe. C. de his qui. vt indig. melius i rubri. C. de contrahen. emp. in x. qō. & ad Bar. hic adde qd̄ no. gloſſ. pe. in l. ij. & ibi Bal. in vlti. col. C. de iur. emphy. qui alle. dicta l. placuit. videlicet quando debet fieri ſolutio canonis, & quomodo: aliquid per Roma. in l. ſtipulatio iſta §. inter certam. de verborum obligatio.

re q̄ ille casus est specialis: vt no. per gl. ſ. si cer. pet. l. q̄dam existi mauerunt. & sic particulariter non potest soluere. Bar.

1 ☞ *Pro legato facto seruo pro alimentis competit officium iudicis.*
2 *Seruus uel monachus an possit cōstituere procuratorem ad petendum legatum annuum pro alimentis.*

SEruus post decem. Legatum annuum relictum seruo à domino, debetur tēpore seruitutis, & libertatis. hoc dicit. Dicitur hic q̄ interim cogitur præstare alimenta. Contra C. de leg. l. seruis. Glossa huius timore intelligit duobus modis. Primò † quòd cogitur officio iudicis: quod est speciale fauore alimētorum: vt l. seruos. j. de ali. & ciba. lega. & l. si in metallum. de his quæ pro non scriptis. & hęc est verissima lectu. Alio modo intelligitur vt j. de verbo. obli. l. huiusmodi. & l. lecta. in fi. ſ. si cer. peta. Vult dicere q̄ seruus existens seruus non agit contra dominum, vt in cōtrarijs. Sed postea factus liber agit etiam pro preterito tempore. vt l. huiusmodi. de verb. obli. & l. lecta. si cer. pe. Hæc so. nō placet: qa tex. dicit interim. & sic agit dum est seruus: quare teneo primam solu. Sed secunda lect. esset vera in se, ponēdo legatum annuū esse factū in causa alimentorū: qd' in dubio præsumit, cū seruus nil habet. Sed si poneremus legatum esse factū in aliam causam quā in causam alimentorū: tūc cū legatū annuū quolibet anno cedat, & tempore quo esset seruus reperiretur nō capax, non valeret: vt ſ. e. l. cū in annos nisi poneremus sic legatū esse factū q̄ voluerit testator differre in tempus
2 libertatis: vt d. l. huiusmodi. & l. lecta. in fi. ſ. si cer. pet. † Quæro an seruus possit constituere procuratorē ad petendū illud legatum? Dixi j. de alimē. & ciba. leg. l. seruos. & est casus ſ. de proc. l. seruum quoq; in prin. Et hāc quęstionem vidi de facto in quodam monacho.

1 ☞ *Dicto quoad, uel donec, an habeat ulm repetitionis.*

LEgatum ita est. Legatum donec nubat, intelligit annuū. h. d. ista lex.
a Oppo. q̄ debeat intelligi in dubio quod est minimū: vt l. apud Iulianum §. Scio. ſ. de leg. j. & l. si ita. eo. tit. & q̄ sit vnum legatū non plura. Huius timore dicūt quidā q̄ vnū legatū est: & quod dicit q̄ debetur singulis annis: exponitur, ſ.
b aliquid quantitatis. Ista opi. est contra istum tex. ᵇ adijcit enim id legatum, &c. non dicit aliquid illius legati: nec dicit solui: sed deberi. Quare dic q̄ hic est speciale fauore dotis, & idem esset fauore alimentorū vel in aliam causam similem: vt dixi s. e. l. si cui annuū. Et per hoc habebit pinguiorem dotem, & facilius nubet per l. j. ſ. sol. mat. Quæro quid in contractibus, & in alijs dispositionibus. Videtur q̄ idem. Vnde non sit hoc speciale: vt l. sicut in anno, ſ. quib. mo. vsusfr. amit. Et videtur tex. in l. pe. ſ. de exe. cu. tut. & l. eū qui. §. qui ita. j. de ver. ob. Pe. videt dicere q̄ aliud sit in contractibus. Et ita pertrāsit. Ego dicerē sic. Qñq; in obligatione venit aliqd, qd' habet causam succesiuā: vt vsusfructus
1 tutela, & similia: & isto casu fateor q̄ † dictio quoad, donec, & si
c milia, habet vim cuiusdā repetitionis: ᶜ vt d. l. sicut in annos. in prin. & l. pe. ſ. de execu. tu. Si verò venit in obligatione illud, qd' habet causam momentaneā: tunc intelligo simpliciter q̄ non videtur facta repetitio de annua præstatione, sed illius quātitatis quolibet anno aliquid soluet, vt hic, secūdū vnā lect. Et hoc per rationē: qa in dubio tēpus debemus intelligere appositū gratia debitoris: vt l. eū qui. ſ. eo. & quia in obligatione debemus inspicere quod est minimū, vt ſ. dixi. Non obst. l. eum qui ita. §. q̄ ita. quia debemus intelligere q̄ fuit expressum in stipulatione aliquod annuum, vel menstruum: vt ibi no. aliâs secus, vt ibi dixi.
d Vini. ᵈ Quod deficit in fructu vnius anni, suppletur ex fructibus sequentiū annorū in anno legato. h. d. Hāc materiam plenissimè examinaui in l. inter stipulantē. §. sacram. j. de ver. obli. Dy ponit in l. si quis argentū. C. de don. Tetigi j. de ali. & cibar. legat. l. Lucius.

1 ☞ *Legatū annuū factū diuiti, non uidetur factū causa alimentorū: secus si sit pauperi.*

e COdicillis. ᵉ Petitio legati diuisi per tēpora exonerationis gratia non transmittit ad hæredem: & adiectio tēporis in dubio nō refert ad tēpus ætatis. h. d. Op. annuū legatū finit morte legatarij: vt ſ. eo. l. in singulos. So. ibi loquit de legato annuo relicto simpliciter: hic verò de legato relicto cum præfinitione certi tēporis, vnde nō sunt plura legata: sed vnū diuisum p̄pa. Sed opp. le
a gatum annuū in dubio vī intelligi cā alimē
f torū: ᶠ vt d. l. si cui annum. ſ. eo. ergo morte finitur: vt l. si cū præfinitiōe. in prin. j. qñ di. le. ce. & l. Firmio. §. fi. eo. ti. & l. iiij. j. de cōdi. & demon. & l. cū hi. §. modus. ſ. de transact.
1 Gl. sol. † optimè: illud est verū, qñ relinquit pauperi. sed hic relinquebat à paupere diuiti: quo casu nō præsumit in cā alimētorū: vt no. in l. cū hi. §. si in annos. ſ. de transact.

1 ☞ *Hæres repudians hæreditatem, non potest retinere officium executionis.*

Sticho. Nudo ministro recusante legatū recipere, legatarius pōt petere diem. h. d. Et est notabilis casus. Op. & videtur q̄ non competit cum effectu añ diem. vt j. de cōdi. & demon. l. j. So. hic dies
c fuit apposita fauore legatarij: in contrarijs secus. Opp. de l. Firmio. §. fi. ſ. qñ di. leg. ce. Sol. Intellige q̄ hic debebat tenere in deposito, ita q̄ inde nullum commodum sentiret. Vltimò opp. quo ad propositū licet ista Sempronia repudiet, & hæreditatē nō adeat, potest retinere pecuniam tanq̄ minister: quoniam ille, qui non est hæres potest esse minister: vt l. alimenta. in prin. j. de ali. et
d ciba. leg. cum simi. Sol. † Quandocunq; hę-
g res ᵍ institutus efficitur minister, vel executor testamenti, si repudiat hæreditatem, nō potest officium executoris. Casus est hic, et
e j. de fideic. liber. l. Lucius. qd' tene menti.

TItia hærede. Legato incœpto, & p̄ mortem legatarij finito onus sibi iniunctum extinguitur quo ad oēs. h. d. & cōcordat. j. de ali. & ci. le. l. Stichus. §. j. Oppoñ. imò videt q̄ legatum deficiens remaneat apud hæredem cum suo onere: vt C. de caf
g du. tol. §. pro secūdo. & §. in nouissimo. & j. ti. j. l. si ab eo. Sol. hic legatū cœpit in p̄sonā legatarij, & finitum est secundum legati naturam, & voluntatem defuncti: sed in con-
† h trarijs nunquā legatum cœpit verè, & est finitum citra cogitationem & voluntatem defuncti.

1 ☞ *Legato generali per speciale non derogatur, quādo fit simpliciter non ob eandem causam.*
2 *Legatum alimentorum non est reiterabile.*
3 *Clausula generalis quando referatur ad specificata.*
4 *Priori si legatur biblia, ex cuilibet fratri cappa, an prior habebit cappam.*

1 QVi Marco. † Legato gña li per speciale non derogatur quando fit simpliciter non ob eādem causam. h. d. Tex. ibi, ne quid his desit, per hæc verba videtur legari qd' præstabat in vita: arg. j. ti. j. l. Sempronio. §. fi. Oppo. j. de ali. le. l. alimenta. §. basilicæ. & l. stichus. in principio. Sol. Ibi aliud apparet dicendum esse ex expressa voluntate defuncti. Ita dicit glos. sed veritatem non continet: quia ibi voluntas defuncti non erat expressa. Quare dic secundum Dy. q̄ ibi relinquebat ob eandem causam: vnde generi per speciē derogatur. hic verò relinquebat simpliciter. Vel secundum Pe. hic loquitur in legato reiterabili:
2 ibi loquitur in legato † alimentorum qd' non est reiterabile. & satis in idem recidit cum dicto Dy. & placet dicta sol. pro qua facit l. dominus. §. fi. de vsufru. Opp. de l. doli clausula. & l. stipu
3 lationes commodissimum. j. de verb. ob. vbi clausula † generalis ad specificata non refertur. Solu. Dicit Pet. in l. doli clausula. & Cy. refert in l. cùm quæstio. in fi. C. de lega. quia ibi loquitur quā
h do præcessit ʰ dispositio generalis, & sequitur specialis. Secus econtra, si præcedit dispositio specialis, & sequitur generalis. Et
4 † per hoc soluit quæstionem illam. Si testator legat cappam fratribus & Priori bibliam. Contra hoc videtur tex. j. de pecu. leg. l.

a ¶ Opp. Quid autē si hæres sit grauat⁹ q̄ vestiat viduā: an satis sit vnū vestimentū pro toto tpe p̄stare, vide Bal. in l. j. circa ij. col. C. de fideic.
b ¶ Contra istum tex. Bar. & doct. in l. eū q ita. ſ. alle. vident idistincte itelligere hāc legē in omni legato. Et vide Imo. no. in l. q hoc anno. ad fi. de ver. ob. & in l. j. de cōdi. & demō. idē tenet Bar. etiā in l. q cōcubinā. §. vxori. ſ. tit. j. & hic fortè verius p̄ istū text. indistincte loquentem.
c ¶ Cuiusdā repetitionis. Nota de dictiōe quoad, & donec. de quibus etiā per Bar. in l. j. j. de cōdi. & demon. & idem in dictiōe, dū, in l. q cōcubinā. §. vxori. cū glo. ſ. ti. j. Adde de dictione, donec, Pau. de ca. consi. cxxxix.
d ¶ Vini. Et tu vide ange. eleganter loquentem in l. si fideic. §. tractatum. ſ. de iu. vbi oino vid'. And. barb.
e ¶ Codicillis. Istū tex. allegaui tibi, p̄ sing. in l. si cui legetur. §. j. post Imo. de legat. j.
f ¶ Causa alimentorū. Vtrū legatū annuū in dubio videatur factum fauorē alimentorum. & vide eū in l. si Stichū. §. j. de ver. oblig. And. Barb.
g ¶ Sol. quando. Et vide quę notaui l. post legatum. §. amittere. de his qui. vt indig. Aliâs. §. qui marco.
h ¶ Quando prœcesit. Et vide bar. omnino in l. si consul. ō. de adop. vbi pulchrè no. & de quæstione, de qua hic per bar. vide per Imo. in d. l. doli clausula. & ibi bart. & in l. iij. aliâs iiij. j. de stip. ser. & in simili per Ioan. And. in titu. de instr. edi. §. nūc verò aliqua. in antepe. char. in ver. sed an pauperes.

Secunda Bartoli ſuper Infortiato.

Universidad de Deusto
Biblioteca

a ¶ Annua.§.attitia.Facit iſte tex. an relictũ perſonæ ſub nõe dignitatis, videat relictũ dignitati, vel perſonæ,de quo per bal. in l.hac cõſul. C. qui teſt.face.poſ.in j.col.

b ¶ Attia. Et vide qd' habetur in c.requiſiti.de teſt.and. barb.

c ¶ Decretalis. Fratres incapaces faciunt inſtitui guardianũ ecclẽſiæ,an valeat: ſed contra Barto. tenet Bal.& bene,in auth. ingreſſi.i antepe. co. de ſac.ſan.ec.& adde bal.per illũ text.in l. eius.C.de compen.

d ¶ Non eſt fiẽda. Ad de Bar.in l.cum ſenatus.in prin. j.de reb. dub.

e ¶ §. A liberto.No.iſtũ text.p quem in qõnibus ſuis dedi not.

f ¶ Filiũ ex dodrante. Ad ſupplementũ. Si filia agat ad ſupplementum cõtra volũtatem defuncti, an ſupplementũ debeat ſibi cõputari in parte,quæ ſibi debet reſtitui. bene facit qd' no.Bart. & quod ibi dixi in l. quod de bonis.§. cum fideicom. ad leg. Fal.

g ¶ Lucius.Niſi teſtator.No. ſing. limitationẽ ad l. legatum. cum ſi.§.tit.proxi.et hoc ſequitur Bal. in l.ab eo.in fi.C. de fideicom. qui determinat qõ.not.per text. iſtum.

ſeruo. Dicam de hoc in l. quæſitum.§.fi. de fund.inſtructo.

Lucio Titio. Si teſtator reliquit ad pondus qd' prę-
ſtabat ad numerum:ad pondus tñ valet legatũ.h.d.Ratio dubitandi colligit ex ſummario,vt §.vidiſtis. Facit ad hoc l. quæ extrinſecus.in fi.j.de verb.obli.

☞ *Conditio ſi deficit per mortem eius,in cuius perſonam confertur, legatum non extinguitur.*

Conditio miſta ſi deficit,non deficit relictum fauore alimẽtorum.

Annua. 'Si conditio †deficiat per
mortem eius,in cuius pſonam cõferẽ,non extinguiẽ legatũ.h.d. Opp.§.eo.l.Seio.So.ſi ẽ legatũ fuit factum fauore filiorũ:hic verò non fuit factũ ꝓpter matris vtilitatem.& hæc vera. †Opp.quando conditio miſta deficit relictum:vt l.j.C. de inſti.& ſubſti.& l.in teſtamento.j. de cõdic.& demon. Sol. hoc ſpeciale fauore alimentorum. Ita dicit gl.& bene,quicquid dicat Pe.Et dicvt dixi in l.illis libertis.j.de cõdi.& demon.

☞ *Relictum factum ſacerdoti,uel miniſtris eccleſiæ,ipſi eccleſiæ uidetur relictum.*

Relictum factum filio uel ſeruo alieno,an uideatur factũ contemplatione patris uel domini.remiſſiue.

Si cuſtos eccleſiæ ſancti Franciſci inſtituatur,an ipſi fratres,uel eccleſia uideantur inſtituti.

Legatum quod debeat cenſeri annuum ad pias cauſas.

Legatum factum perpetuò.an duret uſque ad centum annos.remiſſiue.

Attitia. Aliàs.§.Attia.[b]Relictum †ſacerdoti vel miniſtris eccleſiæ,
ipſi eccleſiæ vẽ eſſe relictũ.h.d.Dicitur hic qꝺ legando ſacerdoti,vẽ legare eccleſiæ. An ſitverũ indiſtinctè.Dic vt dixi j.de re.du.l. ciuibus. †Quæro,qd ſi aliqs reliquit ſeruo vel filio alieno,anvideatur relictũ contẽplatione patris vel dñi.Hic videtur qꝺ ſic.qd' dic vt dixi in l.filio j.de condi.& demonſtr.& lege,ſi filio.j.de do.cau.mortis & hoc no.in.l.ſi.C.de vſufru. †Quæro,cùm Decretalis dicat qꝺ fratres minores hæreditatis totaliter ſint incapaces, & ipſi faciunt inſtitui guardianũ,ſed cuſtodem eccleſiæ,vel altaris, an valeat. Dicitur hic quòd miniſterium eſt deſignatum templo:ſed templum iſtorum non eſt capax:ergo &c. In contrarium: qa iſta interpretatio qd' videatur relictum templo,eſt ideo: quia eſt fauorabilis.Sed ſi ex iſta interpretatione diſpoſitio fieret nulla nõ eſt fienda:[d] imò videtur relictũ ipſi,non templo,vt l.quoties.j.de re.dubijs.De hoc dixi in primo libro Minoricarum. Vltimò ille tex.videtur eſſe contra ea quæ dixi in l.legatum.§.eo. vbi vẽ †qd' non debeat intelligi annuum,niſi in certis caſibus. Sed reſponde qd' hic debet intelligi annuum:quia eſt caſus fauorabilis:qd' ad pias cauſas. Item dicitur hic †perpetuò: an debeat intelligi in ſecula ſeculorum,vel vſqꝫ ad centũ annos.Gl.vẽ velle qd' perpetuò:& poſtea allegat leges quæ faciunt qd' vſqꝫ ad cẽtum annos duret,ſicut in vſufructu,dicam.j.eo.l.peñ.plenius.j.tit.j.l. ſi vſusfructus.tetigi.§.eo.l.annuam.

Liberto ſuo. Alienatio hæreditatis non extinguit
legatum præſtandum ex reditu certæ rei.hoc dicit.

A liberto. 'Legatarius onere extrinſeco grauatus non
defalcat cõtra legatarium,licet ſibi fuerit defalcatum.hoc dicit. Oppoñ.ergo, & videtur quòd legatarius detrahat Falcidiam contra fideicommiſſarium: vt l. pœnales. in fin.j.ad l.fal.ſol.hic legatarius fuit grauatus dare aliquid extrinſecum:quia fundus cũ fuit legatus,fuit grauatus in decem. ſed in cõtrarijs fuit grauatus onere intrinſeco:quia debet dare partẽ eius qd' ſibi fuit relictum. De quo plenè dic per glo.j.de condic. & demon.l.Plautius.& l.facta.§.ſi Titius.j.ad Treb. & in l. cùm pater.§.j.§.de lega.ij.

1 ☞ *Quod quis habet iure fideicommiſſi,uenit in reſtitutione Trebellianicæ.*

2 *Deductum iure falcidiæ computatur in partem quæ deducenti debet reſtitui.*

3 *Fructus percepti iudicio teſtatoris ueniunt in reſtitutionem.quando dilatio fuit appoſita fauore fideicommiſſarij.*

4 *Prælegata particularia non ueniunt in reſtitutione fideicommiſſi.*

5 *Fideicommiſſum uniuerſale non continetur appellatione hæreditatis.*

6 *Filius rogatus ſi deceſſerit ſine filijs reſtituere medietatem hæreditatis filiæ ſuæ, aliam medietatẽ pauperibus quod aduocauit filia ad ſupplementum computatur in partẽ, quæ ſibi debet reſtitui.*

Filium ex dodrante. Ex volũtate defuncti por-
tio quę iure fideicommiſſi percipitur ex voluntate defuncti in fideicõmiſſum deducit: & fructus percepti iudicio teſtatoris.hoc dicit. & eſt notabilis caſus. †No.qꝺ illud qd' quis habet iure fideicom.venit in reſtitu
1 tionem Treb. Secundò no.†qꝺ illud,qd' quis ſibi deducit iure
2 Falcidiæ,computatur in parte,quæ ſibi debet reſtitui. Tertiò no.†qꝺ fructus percepti iudicio teſtatoris veniunt in reſtõnẽ qñ
3 dilatio fuit appoſita fauore fideicommiſſarij. Opp.& videtur qꝺ fideicommiſſum vniuerſale non veniat in reſtitutionem: vt §. ti.j.l.ſi Titius.Sol.ſibi primò rogauit.& poſtea fideicõmiſſum reliquit:hic econuerſo,vt no.in l.Marcellus.§.quidam.j.ad Tre.& l.cũ virum.C.de fideicom. Secundò opp.hic fuit rogatus reſtituere portionem hæreditatis:ergo id quod habet iure fideicõmiſſi,non venit in fideicommiſſum:vt l.Marcellus.§.quidam.j.
4 ad Treb.Poſſemus dicere †qꝺ ſibi loquitur in prælegatis particularibus,quæ non veniunt in fideicommiſſi reſtitutionẽ: vt j. ad Treb.l.poſtulante.hic verò loquitur in fideicommiſſo vniuerſali quod habet vim hæreditatis:vt l.ſi filius.§.j.§.qd' cũ eo.& ideo venit in reſtitutionem.Hæc ſol.eſt contra caſum d.l.ſi Titius. in
5 §.tit.j.vbi †appellatione hæreditatis non continetur fideicommiſſum vniuerſale.Dic qꝺ hic eſt iſtud propter præſumptam voluntatem defuncti,qui rogabat nouercam de reſtituendo filio ſuo. Vnde verbum hæreditatis ſimpliciter prolatum intelligitur de tota hæreditate:& ſic de eo quod vxor cœpit iure fideicommiſſi:cùm aliàs totam hæreditatem non haberet. Aliàs aũt appellatione hæreditatis non continetur tale fideicommiſſum:vt §.tit.j. l.ſi Titius.in fi.Intellige ergo legem noſtram tantum hoc caſu, quãdo extraneus eſt rogatus reſtituere partem hæreditatis filio: quo caſu intelligo partem hæreditatis id,quod capitur iure fidei commiſſi.Sed ſi eſſent duo filij inuicem rogati:tunc appellatiõe hæreditatis non continetur fideicommiſſum: quia eſt par fauor vtriuſqꝫ:vt.§.tit.j.l.ſi Titius.Sed eſt recurrendum ad diſtinctio-
6 nem l.cùm virum.C.de fideicom.& l. Marcellus.§.quidam.j.ad Treb.vbi plenè dicam. Quæro,rogatus †eſt filius qꝺ ſi deceſſerit ſine liberis,medietatem hæreditatis reſtituat filiæ ſuæ:aliã medietatem pauperibus:iſta filia egit ad ſupplementum:vtrum id,
f quod auocauit agendo ad ſupplementum contra voluntatẽ defuncti,computetur in eam partem,quæ ſibi debet reſtitui. Dico qꝺ caſus eſt hic qd' ſic:& eſt valde notandum.Nec obſtat ſi dicis quòd loquitur in Falcidia:quia contra voluntatem defuncti auocat.Secus putarem,ſi ſecundùm voluntatem defuncti auocaret:quia ceſſat ratio huius legis.

1 ☞ *Si legatarius nõ implet modum à teſtatore adiectum,legatũ ſibi ſolutũ reuocatur.*

2 *Pecunia ad unum uſum relicta:non poteſt per ſuperiorem ad aliũ uſum deputari,quando teſtator prouidet quid debeat fieri illo non facto.*

3 *Debitores expulſi à ciuitate exacti per ciuitatem,an ſint liberati.remiſſiuè.*

Lucius. Si legatarius †non implet modum à teſtatore adie
1 ctũ:legatũ ſibi ſolutum reuocaẽ.h.d. Opp.& vẽ qꝺ licet non fiant certamina in ciuitate qd' pecunia debeat cõuerti in alios vſus ciuitatis:vt l.j.& l.v.j.de admi.re.ad ciui. perti. & j.ti.j.l.legatum.Ro.& Hug.fatentur contrarium.hic glo.dicit.& eſt opi.Azo.quod ille leges loquuntur quando teſtator ſimpliciter dixit:ſed hic teſtator ꝓuidit expreſsè,qꝺ ſi hoc non fieret,ad
2 ſuos hæredes reuerteretur:qd' tene menti.Ex †qua ſolutione habes qꝺ omnes ll.quæ dicũt,qꝺ pecunia ad vnum vſum relicta poſſit cõuerti ĩ alium vſum ex authoritate ſuperioris,ſunt verę,niſi
g teſtator[s] ꝓuideat qꝺ debeat fieri,& qd' illo nõ facto perueniatur
3 ad hæredes:qa tũc nõ põt fieri trãſmutatio in aliũ vſum. †Vltimè inducit iſta lex in ar.ad q.ſi ciuitas exegit debitores alicuius expulſi de ciuitate,an ſint liberati.Hic vẽ tex.qꝺ ſic.Quod dicvt no.per Dy.in l.creditor.in prin.j.de ſol.& ibi plenè dixi.

1 ☞ *Executor deputatus ad diſtribuendum,ſi efficitur pauper tenetur ſatiſfacere,etiam ſi eſt effectus pauper poſt mortem.nu.4.*

2 *Executor teſtamentarius non ſatisfiat.*

3 *Procurator effectus pauper poſt mandatum, eo ipſo cenſetur reuocatus.*

Largius

Universidad de Deusto Biblioteca

b **Largius.** Miniſter †electus ad diſtribuēdum, ſatiſdare nō niſi pauper fiat teſtatore ignorante.h.d. & eſt ſingularis caſus.Not.tex.in fi.ibi:niſi viuente teſtatore. Primò no.
2 †q̄ executor teſtamentarius non debet ſatiſdare. quod dic plene vt.l.diuus.§.ſi cui plus quā per.l.fal.Secundò no.ª diſtinctionem,†quæ ſit hic.quæ diſtinctio facit ad quæſtionē de procuratore,qui poſt mandatum eſt effectus pauper, q̄ eo ipſo eſt reuo
4 catus:vt not.per Dy.j.de ſol.l.ſi cū Cornelius.in fi.† Quærit gl. loquitur hic quando viuente effectus non ſoluendo: ſed quid ſi poſt mortem? Dicit gl.idem,& multò magis.

1 *§ Dilatio debet ceſſare cauſa dilationis finita,& nume.2.*
2 *Diſpō collata in tps quo finitur tutela pubertate,effectū ſortitur ēt tutela finita morte.*

1 **Pater duos.** Finita†cauſa dilatiōis debet ceſſare dilatio.
2 h.d.ſecundū Dy.Vel aliter:Diſpoſitio†collata in tempus,quo tutela finitur pubertate.ſortitur effectum,ēt ſi tutela finiatur morte.h.d.& eſt ſubtilis caſus.Opp. extra gl.dicitur hic,q̄ videtur quaſi cū tutore locutus.Contrà,in dubio nō præſumitur perſona extrinſecus: vt.l.ſi ita ſtipulatus.§.Chryſogonus.j.de verb.obl. Item in dubio id,quod agitur, videtur agi nomine proprio, vt.l.& magis.j.de ſol.ſed hic dicitur contrariū: ergo malè. Dicit enim q̄ in dubio quaſi cum tutore videtur agi. Præd.icta iunt vera,niſi ex qualitate rei,ſuper qua ſit diſpoſitio, ſeu ex diſpoſitionis qualitate apud perpendatur. hoc probatur in.l.poſt mortem.§.quando ex facti.tu. & de admini.tuto.l.cùm poſt.§.j. Ita in propoſito teſtator loquebatur ſuper rebus pupilli & diſpoſitionem ſuam retulit tantū intra tempora pupillaris ętatis,& loquebatur cū ſucceſſore ſeu fratre qui erat tutor fiduciarius.Nam ex his patet q̄ cum quaſi tutore eſt locutus.Dicit̄ hic q̄ prout debet reſtitui.contra:imò debet expectari tantū tēpus, quo ad pubertatem peruenīat:vt l.ex his.C. qñ di.leg. ce.& qd' no.j.ad Treb.l.Seius Saturninus.Sol.domini contraria loquuntur qñ tēpus eſſet adiectum gratia grauati:hic verò tēpus erat adiectum gratia honorati.hoc eſt,iſtius fratris minoris.Hęc ſol.nō eſt vera:quia etiā hic gratia fratris maioris,quia interim debebat ꝓcipere fructus:nō debet expectari tēpus pubertatis.Et pro hoc videt̄ tex.in l.Firmio.§.j.j.qñ di.leg.ce.Solu.hic teſtator videt̄ ſe retuliſſe ad tēpus,quo tutela finiet̄:ideo nō refert finiatur morte, vel tēporis curſu.Simile in l.mulier.j.ad Treb.& l.iij.in princ.C. de inſti.& ſubſti. Vel aliter longa differentia eſt an primò legatū relinquatur alicui,& poſtea alius aſſumatur executor: tūc enim verè executor eſt:licet aliquod cōmodum eiuſdē remunerationis ſentire debeat:ideo ad hæredē nō tranſit.Caſus eſt hic, & l.à filia.§.fi.j.ad Treb.Si verò legatū confertur in aliquem principaliter,& eſt rogatus de reſtituendo alteri in tempus certæ ætatis, cui illud idem primò nō legauerat:tunc loquitur l.ex his.C.quā do di.le.ce.& qd' no.in l.Seius Saturninus.& d.l. firmio. §.j.j.qñ di.leg.ce.& iſta ſo.eſt magis generalis q̄ præcedēs.Opp.dicitur hic q̄ frater maior interim lucrat̄ fructus.Cōtra de l.ſi ita.§. Pegaſus.ſ.de leg.ij.& l.in fideicōmiſi.§.cū Pollidius.ſ.de vlu.Sol. hoc ideo qa teſtator expreſsè voluit ipſum lucrari reditus. Quęrit gl.quid ſi frater iſte nō eſſet tutor,an iſta lex haberet locū.Roma.per elegātia verba dicit q̄ ſic.quod puto verū.Et hoc modo lex iſta pōt intelligi,& qd' dicit in tex.quaſi cū tutore:expone.i. quaſi tutore,ſeu defenſore,nō q̄ eſſet tutor . Et hoc innuit litera
3 quaſi poſita q̄ eſt nota improprietatis.†Vltimò no.iſtū tex ſcd̄m intellectū q̄ finita cā dilatiōis finit̄ dilatio.Facit ad id qd' dixi in l.à filia.§.fi.j.ad treb.& in l.ſi qs hæres ita.ſ.de acqui.hę.

Filię meæ. Sufficit anni initium eſſe cœptum. h. d. Habes ſimile ſ.eo.l.à vobis.

1 *§ In die mortis quis naſcitur ad gloriam.*
2 *Teſtator iuſſit die ſuæ mortis fieri debere unam ſeptimā bānitā:intellitur q̄ fiat ſemel.*
3 *Pictantia ſi iuſſu teſtatoris fieri debet fratribus minoribus in die ſancti Franciſci, debet ſemel fieri.*

Cum quidam. Legatū relictum in diē reiterabilem,intelligitur eſſe annuū,et perpetuum.h.d.Et eſt mirabilis lex.Quæro de qua die intelligitur.Glo.intelligit de die natali.i.natiuitatis. vel de die na
1 tali.i.die mortis:†quia tunc nalcuntur ad gloriam. Sed ſecundū
2 hoc quæro de tali quæſtione,†quidā fuisit q̄ die mortis ſuæ debeat fierivna ſeptima bānita:debebit ne fieri quolibet anno? Hic vī caſus q̄ ſic,intelligendo de die mortis. Pe.tū dicit cōtrariū:qa intelligit hāc l.qñ eſt dies reiterabilis ꝓpriè:ſed in q̄one ꝓpoſita nō eſt ꝓpriè dies reiterabilis:q̄a dies mortis a ꝓpriè eſt vna tm̄. & illa dies q̄ eſt reuoluto anno,nō eſt illa propriè:ſed eſt tota, quota fuit dies mortis:& in dubio debemus ſtare propriè ſignificatiōi:vt l.nō aliter.ſ.de leg.
b iij.& hoc puto verū.Item quæro ᵇ,teſtator
2 †reliquid fratribus in feſto ſancti Frācisci vnā pictantiam.Videtur q̄ omni anno debeat fieri iſta pictatia,per iſtū tex. licet non dicatur,quolibet anno. Et Guid. de Suza. tenebat iſtud.Ego verò ſalua veritate intelligerē q̄ deberet præſtari tantū ſemel. Caſus eſt in l.eum qui calendis.j.de ver.ob.et l.boues.§.hoc ſermone.j.de verb.ſig. Facit ſ.de leg.ij.l.cùm pater.§. pī certā. circa fi.§. Ad l.iſtā rñdeo q̄ Iuriſconſultus iſtā interpretationē facit ex qualitate perſonæ relinquētis,& eius cui relinquebat. Iuſsit enim dari decurionibus,& ſic ex qualitate perſo
c næ præſumitur q̄ non voluerit dari ſemel tantū ᶜ:ar.l.ſed & ſi ſuſceperit.§.j.ſ.de iudi. ſed in quæſtiōe propoſita qñ relinquit fratribus minoribus,vel alijs religioſis,præcipuè mendicantibus: certè pro ſatisfactiōe habebunt vnam pictantiam.Et ita intelligimus hic, ſi decurionibus eſſet relicta magna quantitas:quia ſemel tantū debetur:qa ceſſat illud veriſimile, ex quo Imperator ita reſcripſit.Ita intelligo hanc legem.

1 *§ Tantum eſt dicere,per quadriennium:quantum, ſingulis quadriennis. centum annis finitur legatum perpetuū.*

a ¶ Largius. Secundò no.idē no.Rayn.hic, & Bal.in l.in confirmādo. iuncto tex.de cōſtit. tut. & text. & Bart.& ibi Bald.in l. pī hæredi.§.fi.ſ.de teſta.tu adde bar.et ibi dixi poſt eum in l. ſi cū Cornel⁹.j. de ſol.

b ¶ Itē quæro.Et vide quod no. Bal.in auē. ingreſsi.in pe.col. de ſacroſan.eccle.& qd' habet̄ in l. ſi cū præſinitione.j.qñ di. legace.Rap. in d.l.eum q calēdis.tenebat cōtra Bart. & ſequit̄ opin. Guid.de Suza.p iſtū tex. qñ id, qd' venit in obligatiōe,eſt reiterabile, p hanc l.nō cauillando eā.licet ſeus ſit in contractibus ī d.l.eū q calēdis.

c ¶ Semel tm̄. No.q̄ ſi relinquitur fratribus in feſto ſancti Frācisci vna pictantia, q̄ debet tātū ſemel, nō omni anno. Et adde q̄ per iſta iura hic al le.p Bar.ipſe dicit aliud nota.ſ q. de qua in l. dotis promiſ. de iure dot. & ibi Bar. & ibi vide quæ dixi et latius per Bar.in l. j.ad legem Iul.maie.

1 **Cum erat.** †Tantū eſt dicere per quadriennīū:q̄tū ſingulis quadriēnijs.Eadē rōne tm̄ eſt dicere per annū:quātum,ſingulis annis. Eſt mirabilis lex. Dicitur hic,q̄ perpetuam pēſitationē.Quæro,vtrum finiat̄ centum annis,ſicut vſusfructus.Quidam dicunt q̄ ſic:alij q̄ nō: vt in gl.patet.Quid ſit notū ſeu notoriū,dicā j.tit.j.l.ſi vſusfructus.

De vſufructu legato. Rubrica.

Eius & augerius. Quod † nō valet per modū diſpoſitionis reiicitur. h.d. Vel aliter. Condītio in frau dē adiecta pro nō adiecta habet.h.d.Opp.j.de verb.ob.l.quidā cū filiū.Sol.hic erant filij Seius & Augerius:& ideo poſſunt exhęredari. Iſta gl.dicit verū. Sed quantū ad legem iſtam nō eſt neceſſe: quia in extraneo eſt licita exhæredatio , ſi de eo fiat inſtitutio:vt l.ſi certarū.§.ſi eodē. ſ.de teſt.mili. Vlterius no.iſtā legē per quā determinaui vobis q̄ ſtatutū nō pōt diſponere vt ſpurius ſuccedat*.dixi in l.iij.de te. Modò † ſi ſtatutū diceret hoc modo, q̄ qui cunq; opponeret q̄ talis eſt ſpurius, punit̄ in tantū:an valet ſtatutū? Certè non:& pōt opponi non obſtante ſtatuto per iſtā legē. Itē pone exemplū in alio:Scitis † q̄ per pactum non pōt prorogari inſtantia:vt l.prope randū.§.& ſi quidē.C.de iudi.modò quid faciunt litigātes? per mittūt vnus alteri q̄ ſi opponeret de inſtantia perempta , q̄ ſoluat tantū.Certè non valet.per iſtā legē. Sed quare facis tu mihi iſtud notare:qa qñ precedit turpis diſpoſitio,& ſequit̄ pœna,nō valet:vt j.l.j.C.de his quæ pœ.nomi. Certè ideo facio te notare iſtam legē:quia licet nō præcedat turpis diſpoſitio , & ſequitur pœna:nō valet,vt hic.† Quæro an iſta talia pacta firmentī iuramento? Or aduerte bene. Quædam ſunt cōuentiones improbatæ ratione turpitudinis:& iſtæ iuramento nō confirmant̄: vt in c.non eſt obligatorū.extra,de reg.iur.lib.vj.& dixi plenè in l.ſti pulatio hoc modo.j.de ver.ob.Quædam ſunt cōuentiones quæ ſunt improbatæ ratione publicæ vtilitatis principaliter:& iſtę iuramento non firmantur:vt.ſ.de pact.l.iuris gentium.§.ſi paciſcar & §.& generaliter.& extra,de ſo.compe.c.ſi diligenti.vbi eſt caſus.Quædam ſunt pacta quæ reprobantur ratione publicæ vtilitatis ſecundariò,vt alienatio fundi dotalis:& iſta confirmant̄ iuramento:vt c.cùm cōtingat.extra,de iureiur.Quædam ſunt pacta,quæ improbantur in odium creditoris: vt pactū legis cōmiſſoriæ in pignoribus.Item in mutuo in filiofamiliās:vt l.j.ad Mace.& iſta iuramento poſſunt confirmari:vt in c.ſignificante. extra,de pig.vbi gl.tangit & Inn.no.ibidem.Quædam ſunt pacta, quæ improbantur ratione modicitatis , vel imbecillitatis perſonæ:vt in minore xxv.an.& iſta iuramento firmantur, vt in aut. ſacramenta.C.ſi aduer.ven.Vnum nolo omittere, qđ quādo in odium creditoris tantùm validatur iuramento , & hoc eſt verū: ſed poſtq̄ eſt ſeruatum iuramentum poteſt repeti inquantum locupletatur creditor cum aliena iactura:vt c.j.& c. debitores. extra,de iureiur.Sed quæro an contractus, † qui probatur ſimulatus,vel à iure præſumitur,firmetur iuramento.Glo.qđ non,in l. iij.C.plus valere qđ agi. Quæro, † an iſtud pactum q̄ poſsit prorogari inſtantia,poſsit firmari iuramēto. Et hic cogitabis an ſit principaliter in publicam vtilitatem inductum: tñ vnum volo' q̄ ſcias,q̄ iudex ex officio ſuo poteſt peruenire ad ſentētiam, ſi videt inſtantiam perire:vt l.vbi pactum.ſcđ'm vnam lect.C.de tranſact.& facit.l.filiusfa.§.veterani.ſ.de procu. & tunc pars ſit cauta q̄ iudici proteſtetur q̄ inſtantia periit. Quæro † quid in donatione inter virum & vxorem', an iuramēto firmet̄.Et Gul. de Cug.tangit in l.ſed & ſi poſſeſſori.§.item ſi iurauero.ſ.de iureiur.& vī dicere q̄ valeat,ſicut qñ donauerat in fauorē religionis:vt l.cū hic ſtatus.§.nam & circa.ſ.de do.inter vir. & vxo.ſed iuramentum eſt magna religio:vt l.j.ſ.de iureiur. Item hoc apparet ex his quæ dixi:quia non eſt improbata donatio ratione publicę vtilitatis principaliter,nec alio modo de dictis.ſ.& ideo donatio poteſt iuramento confirmari.

1 *§ An emphyteuta qui emphyteuſim uendidit, & reemit:an poſsideat ſicut prius.*

Ià me tibi. Quod hæres habiturus eſt,non iuſ hæreditatis,non imputatur in Falcidiam.h.d. Opp.& vī q̄ teſtator non poſsit legare hæredi:vt l.planè.§.ſi duobus.ſ.de leg.j.So. Verum eſt,hę redi à ſeipſo non poteſt,ſed hæredi à legatario poteſt. Vlterius opp.q̄ ſi do tibi vt des mihi,non valet:vt l.qui ſic.j.de ſolu.Rñ.ſi do tibi vt des mihi:ſi nullum eſt commodum, non valet, vt ibi. ſed ſi aliqđ cōmodum eſt,valet,vt hic.Facit ad hoc l.ſeruus dotalis.ſ.ſol.mat.Quid † ſi emphyteuta fundum vendidit,& poſtea reemit;[d] an ipſe poſsideat eo iure,quo antiquitus habebat? Hic tex.facit q̄ non,ibi:quia incipit poſtea,&c.De hoc habes caſum no.x.colum.quid iuris ſit,ſi vaſallus feudi poſt ali.re.c.primo.facit.ſ.depo.l.prima.§.ſi rem.no.per Dyn.in lege.ſequitur.§.j.ſ.de vſuſcapio.

e In ratione legis. Damna* poſt mortem teſtatoris contingentia,ſine culpa legatarij imputantur hæredi:& commodum ſeu lucrum legatarijs non prodeſt.h.d. Opp.de l.Paulus.§.fi.ſ.eo.Sol.Ibi de fructibus obuenientibus ex ipſa re legata:hic ex alia. Oppo.j.ea.l.§. diligenter.Sed iſtud principium intelligitur ſcđ'm illum. §. diligenter. Vltimò credo q̄ iſtud principium ſit hodie correctum inuentario facto.Dicam in.§.diligenter.

Vendere. Qui iuſsit vendere,vel emere, eatenus computat in legato,quatenus eſt exceſſus in re, vel in pretio.hoc dicit.

Diligenter. Caſus non liberat debitorem generis generaliſsimi:ſed debitorem ſpeciei ſic. Item liberat debitorem generis ſubalterni illo genere perempto.hoc dicit.vſq; ad.§.tametſi. Oppo.ſ.ea.l.in princ.&.ſ.eo.l.in ratione. §.quod vulgo.Solu.Intellige illas ſecundum diſtinctionem huius.§.Domini,ego credo:prout tetigi in.§.qđ vulgo. qđ iſta lex & iſte.§.diligenter.hodie ſit correctius facto inuētario.& ad hoc me mouet rō in l.ſcimus.§.& ſi præfatā.& §.ſeq.& ſeq.C.de iur. deli.vbi dicit̄ q̄ creditoribus & legatarijs de ipſis rebus ſoluere poſsit hęres,ſi nō reperiret̄ pecunia ī hērdirate:de ipſis ergo rebus

debet

debet satisfacere hodie, ita q̃ nullum damnū patiatur. Sed si ista lex staret hodie, q̃ rebus peremptis teneret, pateretur damnum. qd̃ est contra tex. illum. Præterea, q̃n quis est debitor quātitatis respectu certæ speciei, illa specie perempta liberatur: vt l. quidā: §. si tibi. & l. Titiæ textores. §. fi. ff. de lega. j. & l. is qui. ff. de noxali. & l. in naue. ff. locati. & C. de iure emphy. l. j. Modò hæres hodie tenet̃ ad quantitatē respectu illarū rerum, de quibus potest solui facto inuentario si res pereat: ergo liberat̃. & pro certo istud habeo pro vero: & non habeo doc. nec gl. quæ dicat rōnem q̃ dixi.

Tametsi. Licet datum causa conditionis implendæ non imputetur in Falcidiam, tamen datum vt p̃tium in Falcidiam imputatur. h. d. & est no. §. in ver. ibi: quemadmodū lege tex. sed'm Dyn̄. q̃ loquitur exemplificatiuè, non similitudinariè. Oppo. qd̃ hic de necessitate loquitur de Trebellianica, nō de Falcidia, cū iussus est restituere hereditatem: sed in Trebellianica imputatur qd̃ causa conditionis implendę accipit̃. vt l. in quartā. j. eo. ergo &c. Gl. volens soluere cōtrarium dicit, q̃ debet restituere per venditionem, non per Trebel. & vide gl. quę incipit, per venditionem, &c. & ista gl. optimè dicit per rationē: quia si est iussus restituere hæreditatem per venditionem, non trāsfert̃ actio per Trebellianum: sed habet locū titulus de hære. ven. Sed contra hoc opp. ista videtur mala expositio, q̃ hic per modū venditionis sit rogatus restituere: quia sed'm hoc ver. quemadmodū superflueret, & nil adderet ad præcedētia. Sol. Istud quemadmodum, ponitur exemplificatiuè, & non similitudinariè, secūdum Dynum in apostilla. Sed opponitur quòd in prin. non fuit iussus fideicōmissarius dare pretium: sed vt in vim modi: vt gl. intelligit. Breuiter, tu posses sustinere istam glos. duobus modis. Vno modo vt illud quod dicit in vim modi, accipiatur largè, q̃ venditio sit quidam modus accipiendi, non strictè pro modo qui assumitur in materia de condi. & demon. Vel aliter dico, q̃ quandocunq̃ quis rogatur pretiū dare in vim modi, q̃ ista sunt paria vt des pro centum: quia modus est quædam remuneratio: vt glo. in l. si quis seruum. ff. tit. j. & sic vt quædam venditio: quia dat̃ onus pro re, quæ accipitur prout pretium. Procedo vlteriùs & oppo. de l. xj. §. cùm esset. ff. de leg. iij. Gio. quæ est hic, dat duas solutene secundam, & illa est bona de qua feci mentionem in l. à testatore. ff. tit. j.

Cùm l. Falcidia. Legata, quæ non valent, nō veniūt in computatione legis Falcidiæ.

Oenales actio. 33 Actiones in hæredē transitoriæ pœnales, vel non, etiam si à p̃sona hæredis incipiunt, ex parte actoris augmentum, ex parte rei diminutionem patrimonij inducūt. secus si ad hæredem, vel cōtra hæredem non transeunt. h. d. Diuiditur in tres partes. Primò loquitur de actionibus pœnalibus, non cōpetentibus ad vindictam. Secundò de his, quę competunt ad vindictam: & causa similitudinis addit de actionibus ex contractu, quæ non transeūt ad hæredes, vel incipiūt ab hæredibus. Tertiò de actionibus prętorijs. Secūda ibi, sed nec in actoris. Tertia ibi, honorariæ quoq̃.

1 ☞ *Distinguere diuiduum ab indiuiduo pertinet ad factum, non ad actionem.*
Stipulatio quādo habet originem ex facto hæredis, quilibet hæredum ex facto proprio tenetur: secus in obligatione quæ incipit à defuncto.
2 *Stipulatio indicatum solui, præstita per unum ex pluribus hæredibus, committitur tantum ei qui vicit, & contra eum qui perdidit.*
3 *Dispositio. §. Cato. habet tantum locum in stipulationibus stricti iuris, non prætorijs.*
4 *Stipulatio duple non est prætoria.*

Iulianus scribit. Stipulatio interposita vni ex hęredibus ad alios non porrigitur. Itē si pœna committitur ex stipulatiõe prætoria, facto vnius hæredis ipse solus, non alij tenebuntur. h. d. Opp. & videtur q̃ ista stipulatio interposita ab vno ad omnes porrigatur: vt l. ij. §. fi. & l. ea. §. Cato. j. de ver. ob. Sol. gl. hic loquitur in stipulationibus diuiduis
1 ibi in diuiduis. ¶ Opp. de l. v. §. fi. eo. tit. Sol. distinctio diuidui & indiuidui non pertinet ad actionem, sed ad factum: vt dicta. l. v. in fi. & l. in executione. §. pe. eo. tit. & glo. verum dicit in se: sed non oportet hoc dicere quo ad legem istam: quia leges cōtrariæ loquuntur in obligationibus quæ incipiūt à defuncto, & ad plures hæredes extenduntur: sed in. §. nostro loquitur quando stipulatio habuit originem ex facto hæredis: & ideo quilibet ex facto proprio habet: vt arg. l. fi. ff. ad Sylla. Sed oppo. de l. stipulatio. in fi. de no. ope. nun. Breuiter glo. intelligit quod ibi fuit stipulatus nomine suo, & aliorum: hic tantùm nomine suo. Venio ad secundam partem, & opp. quia iste. §. videtur contra. §. Cato. & contra l. v. §. fi. de verb. ob. & inducas primò in eo quod dicit ex clausula iudicatum solui. pone q̃ in iudicato venit dari: fuit condemnatus ad aliquam quātitatem, quando quantitas est in obligatione, vel dari: & obligatio cœpit à defunctio, vno non soluēte omnes tenentur: vt d. l. v. in fi. & l. in executione. §. j. eo. ti. Hic autem dicitur contrarium, quòd ex clausula iudicatum solui, ille q
2 fuit victus, tenetur, &c. Sed ¶ ego dico q̃ stipulatio iudicatum solui, committitur ei qui vicit. & contra eum tantùm qui perdidit: vt hic, & facit. l. ij. in fi. j. de præto. stip. Sed si illi stipulationi adiecta sit pœna si non solueret, omnes tenentur, vt in cōtrarijs. Sed adhuc instamus contra. Nam stipulatio rem defendi, vel ob rem non defensam, continet indiuiduum: quia non potest pro parte defendi: vt l. ex clausula. j. iud. solui. & l. antepe. ff. si ex noxa. caua. ga. Sed indiuiduis vno ex hæredibus contra faciente, insolidū contra omnes committitur: vt l. eadem. §. Cato. j. de ver. ob. ergo
3 iste. §. malè dicit. Quid dicemus? ¶ Hic videte. post multa dico in §. Cato. in. ij. q. q̃ ille §. Cato. habet locum tantùm in stipulationibus, & conuentionibus stricti iuris, non prætorijs: sed in his quę sunt bonę fidei, & prætorijs, vno contra faciente contra illum solum committitur: vt hic, & l. in depositi. ff. depo. & l. iij. §. hæres. ff. commo. & sic est speciale in prætorijs hic. Sed dices tu, istud est contra casum l. cùm ex causa. j. de verb. ob. vbi stipulatio duplæ quæ est prætoria, vno non defendente committitur contra oēs.
4 Breuiter ¶ respondeo ibi q̃ stipulatio duplæ non est prætoria: ga potest esse prætoria, & ciuilis, vt dixi in l. iiij. §. fi. j. de verb. ob. & d. l. cum ex causa. & plenè in. §. Cato. & vide q̃ circa illud gl. nil dicit: sed hic in prima parte. §. vbi non erat necesse, gl. fecit mentionem de §. Cato. sed ad finem. §. illa gl. non potest adaptari: & ideo gl. nil dicit hic: nec potest dici q̃ per errorem glo. fuerit posita, cùm adaptari non posset.

1 ☞ *Falcidia non detrahitur de legatis animæ.*

Si Titio. Pars legata legatario eatenus minuit̃, quatenus sibi minutum est legatum. secus si in totum rogatus sit restituere, vel seruū manumittere. h. d. §. noster legit̃ multis modis sed'm diuersitatem literarum: tamen in effectu parum differt vna ab alia. Oppo. & videtur qd̃ diminuto legato, nō diminuatur onus: vt l. maritum. §. j. ff. eo. & l. liberto. §. j. ff. de annu. leg. Soluit gl. & bene, q̃ hic de parte legati fuit rogatus: ideo quatenus sibi minuitur, eatenus minuit legatario suo, ibi non ex ipsa re legata, sed aliunde. De hoc vidistis in l. Plautius. §. tit. j. &
1 videbitis in l. facta. §. si Titius. j. ad Trebel. Quærit gl. ¶ an legatarius possit detrahere Falcidiam de legatis animæ. Et videt̃ qd̃ sic per legem istam, & per l. j. C. communia de leg. dicit glos. contra per l. lex Falcidia. §. nunquam. j. eo. & ibi videbitis. Non obstat ista lex: quia detrahit ex præsumpta voluntate defuncti, non ex vigore legis Falcidiæ.

Si seruus. 33 Legatū libertatis vel serui vt manumittatur, non defalcatur: nisi cū hoc alia res defalcabilis sit legata: legatum verò pecuniæ, vt seruus manumittatur non defalcatur, si per hoc manumissio impeditur: aliàs secus. hoc dicit cum tribus seq. vsque ad. §. si incertum. & Primò ponit legem Caij. Secundò legem Iulia. Tertiò legem Vlpiani. Quartò ponitur determinatio Iuliani. in principio. sed si non seruus. Quintò ponitur determinatio ad legem. Iul. ibi: si solus. Oppo. de l. decem. j. de fideicommiss. lib. Solu. Intellige hanc sed'm illam, & ibi est clarior tex. Oppo. de l. generaliter. §. fi quis alienum. j. de fideicommiss. lib. Solu. ista intelligitur secundùm illam. Item not. quando vni legantur duæ res: quia si vna est defalcabilis alia non: tunc de ea quæ est defalcabilis detrahitur Falcidia pro vtraq̃. Dicemus. j. eo. l. in quartam.

5 **Ed si non seruus.**

Si incertum sit. Iste est difficilis. §. & hoc dicit: Si seruus legatur purè, vt manumittatur in diem, vel sub conditione: hoc legatum interim defalcatur: sed quo ad alios legatarios talis seruus exemplo statuliberi æstimatur. hoc dicit cum l. sequen. In tex. ibi: præstari debeat. seruo legato purè. ibi: detraxit. interrogatiuè lege. Oppoñ. dicitur hic quod interim legatum serui per legem Falcidiam minuat̃. Contra: & videtur qd̃ interim non minuatur, sed debet æstimari vt

ſtatuliberi.vt j.eo.l.eius ſerui.& l.in rõne.la prima.§.j.ſ.eo.Glo. fatetur q̃ Celſus corrigit:& vide glo.quæ incipit,in legato,&c. & ſic iſta gl.videtur velle quòd hic Iuriſcõſultus malè dixerit. Sed neſcio quare glo.hoc dixit:imò bene dixit Celſus.& lex ſequens non corrigitur:quia lex eius loquitur quando æſtimatio fit vt ſciamus an falcidia locũ habeat vel ne: & tunc detrahetur ſecundum legem iſtam in fi.& ſimile in l.j.§. ſi vſusfructus.ſ.e. Opp.j.eo.l.in quantitate.§.j.ver.cuius.l.j.§.hæc verba.j tit.j. vbi dicitur q̃ nõ defalcatur ſeruus,ſed alia legata præſtãtur recepta cautione.Sol.ibi loquitur quãdo ipſi ſeruo eſt relicta libertas in diẽ vel ſub cõditione:hic loquitur qñ ipſe ſeruus alteri eſt legatus purè,cui relicta eſt libertas in diẽ:nã interim defalcatur.Sed opp.de l.in ratione.§.j.ſ.eo.Sol. ibi nemini erat legatus, hic ſic.

STatuliber hæredis. Opp. dicitur hic q̃ ſtatuliber nõ auget familiã hæredis.cõtra de l.ſtatuli.à cæteris.in prin.j.de ſtatuli.Solu.Quãtum ad Falcidiam nõ imputatur,vt hic:quantũ ad alia ſic,vt ibi. Opp.ſ.eo.l.ſed ſi non ſeruus.in fi. Sol. Ibi computatur commodum medij tẽporis,non ipſe ſeruus & iſtud ibi nõ dixi.quod tenet glo.hic : ideo adde ibi. Intellige ergo q̃ non auget familiã non præciſè: ſed in defectũ conditionis remanet in familia,& in euentũ detrahitur æſtimatio de legatis:& ideo interim præſtantur legata exacta cautione: vt j.eo. l.in quantitate.§.j.ver.cuius.& l.j.§.hæc verba.j.tit.j.Hoc modo intelligit Iaco.de Are.iſtud prin.quia hic nõ fuit legatus ſeruus alteri,ſed ipſi fuit legata libertas:ſed in l. ſed ſi non ſeruus. in fi. alteri fuit legatus. Dicitur in ver.cuius vſusfructus. q̃ cõnumeratur in patrimonio proprietas: ſi ponis defunctum fuiſſe proprietarium,nõ recipit dubitationẽ. Sed ſi poneres defunctũ fructuarium fuiſſe:& tunc nõ intelligeret vſusfructus in patrimonio eius eo defuncto:vt l.pœnales.in princ.ſ.eo.Sed ſi tu poneres q̃ fuit ſtipulatus ſibi,& in perſonam hæredis: tunc in perſona hæredis incipit nouus vſusfructus eſſe:vt l. ſtipulatio iſta.§. ſi quis ita.j.de verb.ob.tamen defalcabitur: quia cœpit à defuncto.¶Dicit hic q̃ pignus eſt in bonis debitoris. & iſtud eſt verũ, niſi ſeruus ſit pignoratus pro tanta pecunia, vel ſit tanta vſura q̃ dominus habeat eũ pro perdito,ſeu pro derelicto:quia veriſimiliter non creditur eum debere recuperare: tũc in patrimonio debitoris nõ computabitur:vt l.qui habebat.ſ.de leg.iij.Dicitur hic de lege commiſſoria,& pacto addictionis in diem,&c. intelligе quando venditio fuit conditionalis. non purè reſoluenda ſub conditione,vt gl.dicit.

AEris alieni. Opp.C.in qui.cau.ſer.pro prę.lib. l.ij. vbi à fiſco accipitur pretium. Dicunt quidam:ſpeciale eſt ibi. Alij dicũt q̃ fiſcus ſoluit:tamen de hæreditate repetit. Hoc tenent docto.& Dy.& dominus Ray. Vltimò glo.quæ eſt in l.in ratione.§. ſi ſeruus.dãnaui vobis per iſtũ tex.& ibi damnat Dy.& Iac. de Are.

AD veterani. §.Si cui.Opp.de l. non amplius.in prin.ſ.de leg.j.Sol.nõ eſt legatarius vt poſsit grauari onere fideicõmiſſi:niſi in eo quod eſt vltra:ſed quantum ad Falcidiã eſt in totũ legatarius. Opp.de l.ſi dignum.ſ.eo.Sol.Ibi vt pretium:hic vt cauſa conditionis implẽdæ.& vide glo.quæ incipit contra.ſ.de leg.j.&c. Contra hoc videtur l.Neſennius.vbi quod datur cauſa conditionis implendę imputatur in Falcidiã.So.verum eſt quo ad ipſum qui dat:quo ad alios non,vt dicta l. Neſennius. Quæro quid ſi fuit rogatus dare ſub modo vt des:& tunc vt pretium videtur datum:vt l.in ratione.§.tamen ſi.ſ.eo.& ibi dixi,

EAlcidia interuenire. Iſte eſt verſ.aliàs eſt lex, & legitur lupliciter in glo.Ad ſecundam lec.opp.de l.quod ſtatulib.de do.cau.mor.Solu.Ibi dedit eo abſente,hic eo præſente:vel ibi de Trebellianica,hic de Falcidia. & concludo vt ibi notatur.

¶ *Gabella ſi ex forma ſtatuti debet ſolui ad rationem ſex pro libra de omni cõtractu pro debito in diem fiet minor æſtimatio,& ita minor gabella ſoluetur.*

IN lege Falcidia non habetur.

I Opp.j.eo.l.cũ Titio.Solue vt ibi dicã.No.iſtã† legem pro facto gabellę,qñ dicit ſtatutũ,q̃ qualibet libra ſoluatur tãtum pro gabella:modo promitto tibi decẽ ſoluere omni anno tm̃:& tunc non debet ſolui gabella pro tota quantitate,ſed deducitur interuſuriũ medij tẽporis:quia minor eſt illa quãtitas pro omni anno decem pro centenario:& ideo iſtud minus æſtimatur quo ad gabellam ſoluendam,prout hic quo ad Falcidiã. Facit l.eum qui.§.melior.ſ.de in diem addic.vbi non tm̃ æſtimatur qd̃ debet ſolui ad terminum,prout ſi incontinenti.

QVi quod per Falcidiam. Opp. dẽ l.qd̃ de bonis.§.j. ſ.eo.Sol. Ibi eo viuo:hic poſt mortem. Facit ad q.de arbitro.de qua ibi dixi.

I Ex falcidia.

Si interueniat. Op.de l.cũ Titio.j.eo.Sed gl.ſoluit hic, ego ſoluam ibi,& ibi videbitis.

Nunquàm legatarius. Totus mũdus ſcit iſtum §.Opp.de l.pœnales.§.ſi Titio.ſ.eo.Sol.Dicebat quidam, legatarius non detrahit ex ſua perſona,niſi ſit ſibi detractum:ſed verius eſt q̃ nunquã detrahit ex perſona ſua,ſed ex p̃ſumpta voluntate defuncti ſic,vt in contrario. Opp.de l.j.§.inde Neratius.ad Tre. Sol. Fideicõmiſſarius nunquã detrahit ex p̃ſona ſua,& nunquã de legatis à ſe.De legatis ab hrdibus relictis non detrahit, niſi in duobus caſibus, qñ hæres non detraxit ſibi:quia fecit ſibi gratiam, vel quia adiit coactus.Gl.eſt ibi melior q̃ hic,& Cy.ponit in l.j.C.communia de leg.& ibi gl.& nil plus dicit in effectu Cy.ibi cum glo.in l.j.§. inde Neratius.Signa gl.hic,quæ eſt optima.

I ¶ *Si hæres facit inuentarium,an ſit habenda ratio dupli commiſſi,re cuicta, ſiue fierit emptor,ſiue uenditor,& dicit quod non.*

CVm emptor. Obligatio dupli inter hæredẽ & teſtatorem conſiſtens hæredi,& contra hęredem conſeruatur in ſimplũ ad iducendam,& excludendam Falcidiam.h. d.& eſt ſingularis lex. Opp.de l.ñ.§.ſi Titius.ſ.de hær.vel act.ven.Gl.dicit: ſolue vt ibi.Breuiter,quia ibi vẽdit hæres hæreditatẽ:vñ quantũ ad emptorem habetur perinde ac ſi nõ eſſet hæres.Opp.ſ.eo.l.ſi à me.Gl.nec ibi nec hic ſoluit:ſed illa nõ contradicit,ſi bene iſpicias.Vel potes dicere q̃ hic iſtud in odiũ pœnæ. Quæro †pro declaratione legis quid ſi hæres facit inuentarium: an tũc totum duplum detrahit.Et gl.eſt ordinaria quę ſub dubio fortè,dicit q̃ ſic:vt l.ſcimus.§.in cõputatione.C.de iur.deli.in prin.gl.magnę. & ibi Cy.dicit ſine fortè,et ſic iſta lex nõ habet locũ hodie facto inuẽtario.Non recordor qd ibi dixerim,& quãtũ eſt pro modo. dico q̃ ſiue fecerit inuẽtariũ vel nõ,nõ põt detrahi niſi ſimplum qa ſiue fuit emptor,ſiue vẽditor hæres,nõ cõmittit ſtipulatio ad duplum re euicta vt.l.ſi ei.ĩ prin.&.§.j.ſ.de euic.ſcd̃m diſtinctionem illius legis iſta lex debet intelligi.Cũ ergo non cõmittat ſtipulatio ad duplũ,non põt ad duplũ deducere.Pręterea l.ſcimus §.& ſi p̃fatã.et.§.ſeq.nõ p̃uidit de hoc,vt hęres p̃ bñficiũ iuẽtarij lucret,ſed ſolũ ne damnum patiat.non ergo deducit niſi ſimplũ.

I ¶ *Ius accreſcendi an habeat locum in contractibus.*

PLautius ſeruo. Spes deſalcandi cõis eſt hæredi,& legatario.& qd̃ legat ſeruo cõi,eis acquirit quibus põt.h.d. Opp. de l.per ſeruum.§.j.j.de acqui.re.do.Soluit gl. intelligo illam ſecundũ iſtam. Opp.de l.proinde.§.ſi ſeruus communis.j.de ſtipu.ſer.Sol.Ibi in ſtipulatione quæ ſimpliciter fuit facta ex cauſa lucratiua.& vide gl.quæ incipit,non ſolum &c.Circa finẽ videt †q̃ glo.diſtinguit,an fiat ex cauſa lucratiua,vel non. Dixi vobis aliàs in l.proinde.§.j.j.de ſtipu.ſeruo.expreſsius in repetitione l. re coniuncti.ſ.de le.iij.circa fi.vbi quæro an in contractibus inter viuos habeat locum ius accreſcendi.Et dic q̃ etiam in cõtractibus diſtinguitur,aut qui donabat peruenit ad traditionem:& tunc alijs acquiritur,non ſibi:vt.l.proinde.§.primo.Sed quando promiſit tantùm : tunc quia in retentione poteſt ſibi prouidere: ideo pro parte ſua alijs non quæritur.l.proinde.§.primo.j. de ſtipula.ſeruo.

Interdum. In fi.§.dic ideo ne legatum pereat, recurſum eſt ad remedium poſitum. s. eodem.l.ſi fundus mihi.

I ¶ *Falcidia non detrahitur de legatis ad pias cauſas: & ideo pro ea parte detrahitur ad incommodum hæredis & legatariorum.*

Ex aſſe

Universidad de Deusto

EX asse. Legatum inutile propter incapacitatẽ legatarij ꝑdest cæteris legatarijs. h. d. scd'm gl. Pro declaratione quæro, in quo ꝑdest filio si est inutile legatũ. alij gl. dicũt ꝙ si legatũ illius non defalcaꝛ, ꝙ illi extraneo insolidũ præstaretur: tũc de legato filij solida Falcidia detrahetur. & vide gl. quæ incipit, sui testatoris, &c. Sic vides gl. ꝙ vbi legatum non põt defalcari, cedit ad incõmodũ alio
1 rum. Itẽ tenet j. eo. l. si in testamento. & hoc est bonum scire: † qa scitis ꝙ vbi legatũ non põt defalcari, cedit ad incõmodũ aliorũ: quia scitis ꝙ de relictis ad pias causas nõ detrahitur Falcidia: tũc de alijs legatis hæres detraheret: & sic ad incõmodũ aliorum nõ hæredis. Sed cõtraria gl. est in auth. similiter. C. eo. & illa est vera. & probo per l. si post missionẽ. s. eo. Hoc vidistis in l. sed si nõ seruus. circa fi. & in l. eius serui. secũdo rõnso. & l. æris alieni. s. eo. vbi vtæs alienũ detrahitur legatum, qd' non defalcatur. & sic hæredi & legatario nocet. Non obst. l. planè. s. eo. quia ibi eidem fuit factum legatũ: hic diuersis. & prædicta vera, qñ Falcidia cessat ex dispositione legis. Sed si cessaret ex dispositione testatoris: tũc fieret cõputatio eo modo, qui no. in l. si in testamento. j. eo. Lego ergo gl. secundo modo in filio naturali. Et ista est vera ꝙ nõ poterat relinqui: quia erat spurius. Alij legunt, vt lac. de Are. & intelligunt literam prout iacet qd' reliquit cxx. filio, & reliqua extraneo: ita ꝙ patrono non remanet debita portio, quæ erat dimidia scd'm ista tempora: & ꝓpter illam portionem debitam patrono, minuitur portio extranei, tamen filio præstatur integra: cũ patronus coniunctis personis præstet legata integra: vt l. iij. s. ti. j. & secundùm hoc ver. quacunq; ex causa est. §. 54.

a PAter filium. Fideicommissum à defuncto hæredibus debitũ, vtæs alienũ detrahitur. h. d. Opp. in simili de l. si fundũ ꝙ fideicõmissum. §. fi. cũ glo. s. de leg. j. So. ibi potui relinquere. vel ibi ex voluntate, hic ex necessitate. Ad hoc opp. ꝙ saltem respectu vnius non erat coactus. So. ex ꝑsona debitoris sufficit ꝙ debeatur, licet nõ respectu mei, vt hic in fi. vel aliter, quilibet ex filijs dicitur creditor, nulla facta electione, vt l. vnum ex familia. §. j. s. de leg. ij.

1 *§ Legatum annuum pendente dubio æstimatur inquantum debetur.*
2 *Ius alimentorum, uel usus fructus non potest in alium uenditione transferri.*
3 *Legati conditionalis, uel annui, qualiter fiet æstimatio in deductione Falcidiæ.*
4 *Stante statuto quod de qualibet re alteri legata soluatur gabella, non soluitur de legato annuo, nisi pro primo anno, & successiue in futurum.* 55.

1 CVm Titio. Legatũ † annuum pendente dubio æstimaꝛ inquãtum vẽdi potest: sed eo finito inquãtũ debeꝛ. h. d. Opp. s. eo. l. in l. Falcidia nõ habeꝛ. Sol. Dicũt qdã, ꝙ debet esse electio legatarij, an interim habeat totũ ꝑstita cautiõe. Sed ista nõ ẽ bona, & cõtra me & cõtra tex. legis cõtrarię. Itẽ ista inuit ꝙ cautio fauore legatarij interponaꝛ: ꝙ est falsum: vt. l. j. j. ti. j. Vel aliter, & est diuinare. Alij qd' ibi de legato conditionali: hic de annuo. & ista est vera quantũ ad illã legẽ. Verũ tñ in hoc legato cõditionali fuerũt opi. inter glossato. antiquos: vt. l. si ꝓpterea. s. eo. sed illę opi. sunt trifariam: qa in cõditionali loquit ibi. Quæ sit rõ iter cõditionale & annuũ, cogitabitis. Alij soluũt ꝙ ibi qñ cũ eo, hic qñ cũ cæteris legatarijs fit cõputatio. Sed ista nõ est vera. ꝑ dictã. l. si ꝓpterea. & facit. l. j. §. interdum. s. eo. Opp. de l. lex Falcidia si interueniat. s. eo. Rñ. ꝙ ibi loquit qñ fit cõputatio rõnis inter hæredẽ & ipsum legatariũ, cui est annuũ relictũ: hic qñ cũ cæteris. & ista est vera: & ibi gl. tenet & Dy. & Old. & Ray. Op. de. l. ij. in fi. s. eo. vbi fit cõputatio' alio modo. Sol. Ibi qñ relinquit ciuitati aliqd' annuũ, quod æstimaꝛ perpetuũ, ac si relinqueret ecclesiæ, vel monasterio: hic loquit qñ priuato relinquit: qa est incertũ quanto tpe viuat. Opp. de l. pœnales. §. annua. s. eo. Gl. hic non soluit, sed in l. lex Falcidia si interueniat, vt soluere ī gl. ꝙ loquit hic qñ ꝓpter cæteros fit cõputatio: vel qñ cũ eo, cui est relictũ. Sed quantũ ad illũ. §. annua. ista sol. non est bona. & vide. §. annua. Nam hic loqꝫ qñ legatũ est icertũ: qa ꝙ primo anno purũ, ꝙ sequẽti cõditionale in. §. annua. est certũ qñtũ duret, & trãsit ad hæredem: vt l. si cũ præfinitione. j. qñ di. le. ce. & ideo debet fieri æstimatio, vt de legato in diem scd'm l. in lege Falcidia non habeꝛ. s. eo. Opp. de l. hæreditatũ. j. eo. Glo. soluit in. l. lex Falci. si interueniat. dicit ibi quo ad ipsum legatariũ: hic quo ad cæteros. Ista so. non est vera, & cõtra illã gl. in. l. hæreditatũ. So. gl. aliter hic, ꝙ ibi vt sciatur ꝙ quot annos fiat æstimatio: hic vt sciaꝛ quantũ valeat. Et istã solu. sequebatur dñs Ray. & do. Oldr. Ista sol. non placet mihi: qa tex. dicit, hic in incerto posito ꝙdiu victurus sit, &c. Sed scd'm istam so. poneremus pro certo ꝙ esset cõtra tex. Dat gl. aliã so. ꝙ ibi in legato vsusfructus vel alimẽtorũ: hic in alio ānuo.
2 Istã so. teneo † ꝓbo ꝓ rõnẽ: Lex nostra dicit ꝙ debet æstimari quãtũ venire ad legatum põt. Iste modus nõ cadit in legato alimẽtorum, & in legato vsusfructus: qa non põt in alium vendendo transferri: vt. l. si vsusfructus. de iur. do. Nec ius alimentorũ põt vendi, cũ cohæreat personæ: & alia sunt alimenta in persona vnius, & alia in persona alterius. & sic ītelligo istam sol. Ex his ergo qd
3 colligis? † Dic, qñq; loquimur de legato sub cõdõne: & dic vt s. eo. l. in lege Falcidia non habeꝛ. & l. j. §. interdũ. & j. eo. l. in quãtitate. §. sed & si legata. Et reprobata distinctione Hug. quę fit. s. e. l. si ꝓpterea. Si verò loquimur de legatis annuis: & tũc aut relinquitur ciuitati, vel alteri publico loco. & dic vt. l. ij. in fi. s. e. Aut relinquitur singulari personę: & tũc aut legatũ annuum limitatũ est certo tempore: & fit æstimatio sicut de alio legato in diem: vt s. eo. l. pœnales. §. annua. & l. in lege Falcidia non habetur. cõiuncta. l. si cum præfinitione. j. qñ di. leg. ced. Si verò annuum legatũ est simpliciter: & tũc aut fit computatio quo ad alios legatarios: & stamus huic legi. Aut quo ad ipsum legatariũ: & recurrimus ad l. lex Falcidia si interueniat. s. eo. & l. j. §. si in annos. s. eo. cũ si.
4 Et hæc † faciunt ad quęstio. Factum est statutum ᵇ ꝙ de qualibet
b re, quæ fuerit alicui relicta, soluatur gabella. cõtigit ꝙ alicui fuit relictum aliquod annuum. Dic ꝙ primo anno tãtum debet solui gabella, non pro alijs annis: sed pro eis soluetur in futurũ ꝓut dies cesserit: vt d. l. lex Falcidia si interueniat. quia hic non fit cõputatio respectu aliorum, sed tãtum respectu ipsius legatarij: sed si esset relictũ in diẽ: tunc dic vt dixi in l. in lege Falcidia nõ habetur. s. eo. Quæro, quæ est ratio quãdo fit computatio ipsius respectu, vel respectu aliorum? Et ratio est: quia quando fit computatio circa totum, debet præstari cautio insolidum: quia de alijs præstationibus poterit Falcidia retineri: si ab alijs legatarijs, quibus nil vltra debetur: tunc fit æstimatio. Si verò loquimur de legato vsusfructus: dic vt. j. eo. l. hæreditatum.

a ¶ Pater filiũ. Adde quantum Are. tangit an emphyteusis cõputetur in legitimã filio, Bal. consil. ccccxiij. j. lib.

b ¶ Statutum. Adde ad Barto. hic quòd hoc idem cõsuluit Alex. in cõsil. xxxv. in iij. vol. & vide in tractatu de gabel. quinta parte octauæ partis principalis. qnæstio. iij.

1 *§ In æstimando nomine debitoris hæreditarij, quòd uoluntas inspiciatur in detrahenda Falcidia.* 56.

CVm quo. Augmentum facultatum hæreditarij debitoris, quandocunque contingẽs prodest legatarijs in Falcidia detrahẽda. hoc dicit. Vides ꝙ augmentum quandocunq; contingens prodest legatarijs. Opp. s. eo. l. in ratione. in prin. Breuiter, debet inspici tempus mortis circa augmentum, & diminutionem rei hæreditariæ, hic circa bona debitoris hæreditarij. Contra in dicta. l. in ratione. in princip. vbi loquitur in debitoribus hæreditarijs, vbi dicit debitorum facta pejora nomina. Respon. in augmento inspicimus augmentum quandocunq; cõtingens, vt hic: sed in diminutione inspicitur tempus mortis, vt ibi. Sed vnde hoc qd' gl.
1 dicit? Et † aduerte, quandoq; æstimatur res: & tunc semper inspicitur tempus mortis: vt l. in ratione. in prin. Sed quando res non æstimaꝛ, sed est dubius euẽtus: & tunc isto casu pendẽte æstimatur quãtũ valet dubiũ, dubio finito æstimaꝛ quãtũ est: vt. s. l. pxi. Qñ debitor est soluẽdo, æstimaꝛ ipsa res: & ideo quicqd postea cõtingit, nõ curaꝛ: vt d. l. in rõne ī prin. Sed qñ debitor nõ est soluendo, qd æstimaꝛ? Certè dubius euentus: vt l. Nesennius. §. fi. s. eo. & videbitis in l. quærebatur. j. eo. modo cũ æstimatur dubius euẽtus: si iste euẽtus cõtingat anteq; ponaꝛ ratio legis Falcidiæ, tũc æstimaꝛ. Sed op. j. eo. l. quærebaꝛ. & s. e. l. j. §. si debitor. vbi nõ debet curari an sit soluẽdo. Sol. ibi loqꝫ qñ hæres est debitor, vel ille, cui est liberatio legata: qa quo ad se semp est diues & soluendo. Opp. de l. eo tpe. §. j. s. de pec. Sol. Intelligo illam scd'm istam.

Is, qui in bonis. Ibi: relinquit. nam in quolibet istorũ casuum de commodo medij tẽporis detrahitur Falcidia. Dy. & de hoc dixi in l. sed si non seruus. §. fi. & l. sequen. s. eo.

Stichum. Iste est bonus. §. & h. d. Si legatum dñi non sit defalcabile, ex legato serui detrahiꝫ Falcidia ꝓ

Universidad de Deusto Biblioteca

ROMATES. ¶ Tu vis probare. valorē rei. vide Felt. in c.cū cauſa.de teſti. per Bart. & Alex.in l.j.§.ſi hæres pcepto fundo.ff.ad Treb. vi de Pan. cōſil.lxxvj. in ñ.col.in j.vol. Fel. in c.cū cauſa.in j.col. & ſeq.ỹ. in glo.ñ. in fi.de teſtib.

vtroq;.& idem eſt contra.h.d.Pro hac lege facit l.planè.& l.ſed ſi nō ſeruus.s.e. Opp. s.eo.l.ſi pupillus.§.fi.ſecundum vnam lec. Dy.ſoluit ibi,& ibi ego dixi.

Sæpius. Iſte eſt bonus caſus, & hoc dicit. Quarta in hæredē teſta toreviuo collata facit ceſſare Falcidiā.h.d. Opp.de l.ſi quādo.§.j.C.de inof.teſ. Solue vt ibi.Secūdò oppo.de l.id autē.& l. quod autē.j.eo.& s.eo.l. pater filiā. in prin. Solu. hic loquitur qñ teſtator hac mēte dedit vt in Falcidiam imputa retur:aliās ſecus.Quæro quid in dubio?Credo q; videtur dediſſe vt in Falcidiam imputetur.Caſus eſt hic, ibi:quia viuus vide tur,&c.Tangam de hoc in l.in quartam.j.eo.& nota quæ dixi.

CVm dotem. 57- Non debet inſpici, perſona primi legatarij,ſed perſona fideicōmiſſarij,in quē legatum debet vltimò reſidere.h.d.In text.ibi: interpoſiti,ſ.legatarij primi de reſtituendo grauati.ibi: capiētis, ſcilicet fideicommiſſarij. 58-

LEgis Falcidiæ. Opp.& videt q; omne ius tollatur ſpacio xl.annorū: vt l.cū notiſsimi.& l.oēs.de præſcri.xxx.an.Sol.beneficiū legis Falcidiæ qñq; poteſt intentari excipiendo: & tūc perpetuò poteſt:vt hic,& arg.l.purè.in fi.j.de doli.exce. Qñq; poteſt intentari Falcid.per actionem,vel per interdictum:vt l.lineam margaritarum.s.e.& tunc finitur tempore in contrario comprehenſo.

1 ☞ *Omittens ponere unam rem in inuentario, an priuetur beneficio totius Falcidiæ.*
2 *Si ex forma ſtatuti quidā nobiles habent immunitatem à collectis, & non habent beneficium in ciuitate, & ſi acceptant, priuentur immunitate, aduocatus ex nobilibus acceptauit officium ad condemnationes, pro quo ex forma alterius ſtatuti habet xij. pro libra, quòd perdat immunitatem.* 59-

BEneficio. Qui agit vt legatū intercidat, priuatur Falcidia. Idē in eo q; tacitā in ſe fidem aſſumpſit de præſtādo non capaci.h.d. Quæro circa legē noſtrā:quomodo hoc egit.Et gl. ponit delēdo vel cancellādo teſtamentū, vel aliter,ſ.ſubtrahēdo rē hæredi
1 tariā:vt s.eo.l.hæreditatū.§.fi.Quæro†an priuet Falcidia in illa re tantū.& gl.in §. ſancimus. in corpore eo, vī dicere q; nō tota Falcidia priuat ſecūdū iſta tēpora:vt l.Paulus.s.eo.& l.fi.§.illo. C.de iur.deli.& l.reſcriptū.s.de his q; b.vt indig.& j.eo.l. hæredi tatū.ho die tota priuabit:vt d.§.ſancimus.in corpore aut.eo.ti.li cet quidā dicāt cōtra,vt dixi in l.Paulus.s.eo. Allegabam iſtā l.
2 ad †q.Piſis dū legebā:qa ibi erāt quidā nobiles immunes à collectis:& q; nō debent habere aliquod beneficiū in ciuitate,& ſi acceptarēt,tūc priuent immunitate.erat aliud ſtatutū q; aduocatus,q; ad condēnationē erat poſitus,debet habere xij.dena.pro libra.modo quidā aduocatus de illis nobilibus acceptauit illud officiū:an priuetur illa immunitate?Et dicebā q; ſic:qa iſtud qđ detrahit,ſ.xij.dena.pro libra,eſt beneficium, vt hic dum dicit, beneficio & hoc per iſtam legem facit c.j.x.col.quæ fuit prima cauſa amit.beneficij.& l.beneficium.s.de conſti.prin. 60-

CVm pater. Legata relicta impuberi nō imputant in Falcidiā pupillariter ſubſtituto.h.d

Legato petito. Quod hæres plus ſoluit legatarijs in pœnā cōtumaciæ,nō nocet.h.d. Oppo.& vī q; in actione ex teſtō nō iuret in litē:vt l.aliās.s.de in li. iu.Soluit gl.q; hic fuit iuratū ſup actione in rē,q; eſt arbitraria,& iſta eſt vera.Vel ſolue vt in glo.& nō eſt vera:qa verſ.planè.nō loquitur de iuro in litē,ſed de iuramento veritatis,quod eſt affectionis.Opp.s.eo.l.j.§.itē ſi ita.So.Ibi non eſt ratio vera:qa illud fit propter morā hæredis nō eſt verū:quia eſt contra iſtam l. dic vt ibi dixi. 61-

ALienus fundus. Si hæres propter ſuā ſtultitiā plus ſoluit, legatarijs non nocet.h.d.& eſt notabilis.

1 ☞ *Creditor an teneatur cedere contra alium reum, quando unus ſoluit totum.* 62-

IN lege Falcidia hoc eſſe ſeruā- dū. Iſta eſt bona lex,de qua feci magnū feſtum in materia de duob.re.& h.d.In duobus reis ſocijs debitum vtriq; pro parte videtur actiuè & paſsiuè:& in nō ſocijs, eius videtur debitū,qui debitū occupauerit.h.d.Per iſtā legem tollun-

tur contrarietates.l.ſi vnus.in princ.de pac.& l.ſi rem.§.ſi duo.j. de noua.quia ſi ſunt duo rei ſocij,factum vnius non nocet alteri quia perinde eſt.ac ſi ſinguli ſtipulati eſſent:& ideo factū vnius non nocet alijs.Sed ſi non ſunt ſocij:tunc vnius factum pōt alijs nocere:quia vnus poteſt totum occupare,vt hic. Item aliud in l. j.C.de duo.re.vbi dicitur q; ſi vnus ex duobus reis exigit ſolidū debet alteri cedere:aliàs poteſt alter partem ſuam à correo petere.eſt ne iſtud verum?Certè per iſtam legem debet diſtingui q; ſi ſunt ſocij,vel ex cauſa onerosa ſunt duo rei.Sed ſi ſunt ſocij ex
1 cauſa lucratiua:tunc totū eſt eius qui occupat,vt hic.Et per †iſtā legem determinabitur illud quod dixi deceſsione,an ſi vnus ſoluit,inſolidum teneatur.ſ.creditor credere actionem contra alium: eſt verum quod debet cedere quando ſunt ſocij, vel duo rei ex cauſa onerosa.Secus ſi ex cauſa lucratiua promiſerunt: quia tūc pro ſe ſolùm ſoluit:& quia ſi inſolidum ſoluit,ei cedi non debet actio,vt hic. 63-

REtia rerum. Iſta eſt clara lex,et deberet tota ſcribi aureis literis.& hoc dicit.Res debet æſtimari communi çſtimatione,non ex affectione. Item qui habet ius adeundi hæreditatem non dicitur locupletior. hoc dicit.& iſta eſt bona lex.

1 ☞ *Pretia rerum variantur ex loco & tempore: & cariſtia, quæ modico tempore fiat non inſpicitur.*
2 *Valor rei qualiter probabitur.*
3 *Æſtimatio frumenti præteriti qualiter probetur.*

1 **NOnnullam.** Iſte eſt no.§.h.d.†Ex loco & tempore rerum pretia variantur:& cariſtia,quæ modico tempore fuerit non inſpicitur.hoc dicit.Tu vis †probare valorem rei:
2 a qualiter probabis?Vide glo.& gl.melior eſt in l.ij.C. de reſcin.vend.Iſta glo.non bene tex.declarat:tamen ex illa gl. ſumpta occaſione debetis ſcire q; quandoq; tractatur de æſtimatione vnius fundi & rei immobilis:& tunc debet fieri poſitio ex tali fundo communiter tot fructus recolliguntur. Item quòd in dicta contrata fundus tanti reditus,tanti valoris eſt,iſtud probatur in l.ſi fundum per fideicommiſſum.in prin.s.de leg.j. & l.penul.s.de reb.eo.Poteſt etiam facere articulum magis generalem qđ talis fundus communi æſtimatione tm̄ valet,& tantum communiter venderetur. Quandoq; tractatur de æſtimanda re, ex qua fructus nō percipiuntur,vt de aliqua ſpecie,vt de libro vel ſcypho:& de iſtis non eſt dubium quòd debet fieri poſitio,& æſtimatio hoc modo,q; tm̄ valeat,quantū vendi poteſt:& tantum vendi,quantum potuiſſet in tali loco dicto tempore. Et hoc dico per iſtum tex.quia ex tempore & loco pretia rerum variant. Debes ergo limitare dictū tuum in tali loco,& tali tempore,per iſtā legem,& per l.ſi ſeruus.s.de condi.fur. Hoc eſt verū qđ res tantum valet quātum vendi poteſt homini ſcienti qualitatē rei: vt l.mortis cauſa capimus.in fi.j.de do.cau.mor. Facit l. ſi quos. C.de reſcin.ven.Et ideo tu aduocare alterius partis,qñ fiunt poſitiones q; talis res valet tm̄:facias poſitiones de qualitatibus latentibus in ipſa re,vt quia eſt ſterilis,vel emphyteutica: qa ſi ſciretur,minus emeretur. Vel debes te referre ad tēpus:& ſic dices, tali die valuit tātum,& ante & poſt per multos annos:quia ſi tm̄ poneres,tali die:tunc eſſet paruum tempus, cuius æſtimatio nō
3 attenditur. Quæro,†qualiter probabitur æſtimatio frumenti præteriti?Et gl.in l.ij.C.de reſcin.vē.dicit q; eſt clarum quātum poterat vendi illo tempore & antè & pòſt:non reſtringas te ad modicum tempus,ſ.ad vnum diem,ſed dic antè & pòſt. Procedo,& quæro de loco,in foro publico non poteſt vendi niſi duabus libris corbis.in domibus ꝓprijs quilibet pōt vendere quātū vult.Tu facias poſitionē q; in ciuitate Peruſij poterat tm̄ vēdi,et conſtat tm̄ domi,& q̄tum in foro publico:vt.C.de ero.mil. an.l. ſeptem diebus.& l.ſpeciebus.de cohorta.libro.xij.& ideo do tibi conſilium q; in ſpeciebus facias mentionem quòd tantùm vendi poterat in foro publico. 64-

SI in teſtamento. Quod per Falcidiam diminuitur,debet legatario præſtari,ſi teſtator hoc voluit.h.d.& ſic l.Seius & Augerius.q̄ dicit q; non pōt ꝓhiberi Falcidia,eſt vera,ſi exſe ꝓhibetur.ſecus ſi permittitur.& illud qđ detrahit, non remanet penes hæredē ex volūtate teſtatoris.Opp.s.eo.l.qđ de bonis in prin.& §.j.Gl.ſoluit primò,& non bene.Simile no.in l.ex aſſe s.eo.& ibi reprobaui vobis ſo.gl.Secūdò ſoluit gl.& bene.& illā tene.&

tene.& illud quod gl dicit in fi.intellige quod oneraret alios pro contributione facta non insolidum:vt l.in singulis.j.eod.

SI fundus. Potest esse ratio:quia in fundo cadit affectio:vt j. & si æquo.s. de leg. j. sed in numis nō cadit affectio : vt l.numis.s.de in lit.iur. dicitur hic q̄ iste patitur Falcidiā. contra de l. Nesennius. in prin.s.eo.Respon.q̄ hic dicit si hæredi dedisset:potest intelligi aliter,scilicet hæredi,non ei à quo legatus est fundus. Vel aliter dico quod patitur Falcidiam ipso iure, sed tuetur se exceptione doli:vt d.l.Nesennius.s.eod.

1 ☞ *Donatio ultra quingentos sine insinuatione nulla est,si detracta gabella remanent tantum quingenti.*

VOties. Iste est not.casus.induco ad q. Vos,scitis q̄d † de iure cōmuni donatio,quæ ascendit vltra quingētos aureos nil valet sine insinuatione:sed vsque ad quingentos aureos valet:vt l.sancimus. C. de donat.modò tu donas mihi vltra quingentos aureos : sed detracta gabella non restant quingenti aurei.quæro an valeat donatio sine insinuatione.Hic est arg.quod sic quia debet detrahi & videri illud q̄d remanet.

1 ☞ *Legatum ususfructus factum alicui quantum tempus duret ut possit fieri æstimatio:idem in alimentis.*

Ciuitates Tusciæ tempore Henrici Imperatoris amiserunt ius ususfructus.

2 *Aetates quot sint.remissiuè.*

3 *Legatis alimentis pro quanto tempore præstantur.*

MAereditatum. Ista est singularis lex,et nō habet sibi partē. Opp. primò de seipsa ad seipsam,de princi.ad §.& circa.Sol.aliud in alimentis,& aliud in vsufructu & rationem diuersitatis ponit glo.

Opp.vlterius de eo quod habuistis in l.cum Titio.s.eo.Sol.dicunt quidā,ibi loqtur in cōputatiōe fiēda quo ad cæteros legatarios:hic quo ad ipsum legatarium , cui sunt alimēta relicta vel vsusfructus.Et hāc tenet gl.ī l.lex Falcidia si interueniat.s.e.Gl. hic tenet cōtrariū.& vide gl.q̄ incipit,si q̄rat,quantū &c. & idē tenet hic alia gl.sup ver. Vlpianus ait.& incipit,malè.ibi & secūdum hoc sibi & alijs &c. & istā puto verā. Ad l.;cū Titio rīdeo q̄ hic in legato alimētorū:ibi ī vsufructu,q̄ cohæret personæ.& ideo nō pōt fieri illa æstimatio,q̄ ibi requrit ,licet cōmoditas possit vēdi.Recurrat ergo ad distinctionē huius legis. Opp.de in l.Falcidia non habetur.s.e. Sol.gl.ibi in legato simplici.& bene.

Opp.s.l.ij.ī fi.Sol. Ibi in legato annuo facto|Reipublicę,hic in legato vsusfructus.Et q̄n relinqtur vsusfructus certæ rei, nō potest deuenīri ad rē,de qua ibi loqtur:ideo deuenit ad æstimationē. Opp.de l.nā & si parentibus.s.de inof.test.Sol. Ibi plus viuit senex q̄ iuuenis:& euenit ꝓpter ordinē naturæ turbatū. Opp.

1 de l.an vsusfructus.s.de vsufr.vbi cētū annis durat.Rn.† fateor q̄ cētū annis durat,nisi patiat aratrū:sed intra xxx.pōt pati capitis diminutionē,vt fuit tēpore Hēricī Imperatoris , qui donauit oēs ciuitates Tusciæ,ita q̄ vsumfructum amiserunt,licet executio non possit fieri,quia sunt capite minutæ. Item videmus ī terris ecclesiæ,quia sæpe & sæpius priuant à marchione & duce.

Opp.C.de do.l.si qs argentū.Sol.gl. tu dic aliter, aliud in donatione,vt ibi:aliud in legato,vt hic.Et rō non pōt reddi,nisi qa sic placuit:vt l.non omnium.s.de legi.Dicitur hic à prima ætate

2 vsq̄ ad annos xx.quęro † quot sunt ætates?Et gl.ij.huius legis videtur ponere.plenius per Cy.in.l.si infanti.C.de iu.deli. Quæro quid si plus vel minus vixerit,quā dicat hæc lex.& sic si vixerit plus,dabitur ei plus:sed si minus,tūc reddet.Vide gl. quæ incip. præsumitur q̄ tm̄.ibi:q̄d si.optimè dicit.Ex hac lege apparet q̄d si fiat cōputatio sc̄d'm hanc legem,nihilominus vterq; debet cautiones præstare q̄ si legatarij habēt plus,hæredibus reddēt:si mi-

3 nus,hæredes supplebūt:ar.in l.in quātitate.§.magna.j.eo.† Quęro an interim soluentur ista alimenta pro toto tpe.Et gl.dicit q̄d nō.& vide gl.quæ incipit,& malè.ibi:sed an ꝓ omnibus. & ista gl.est no.& alibi gl.videtur dicere contrarium deducto interusurio medij tēporis:vt.l.si quis argentum.C.de do.Sed fateor q̄d si vterq; vult,pōt:sed si non sunt concordes,cuius erit electio?Dic vt dixi in simili in.l.si constante.§.quoties.s.sol. ma.Innuit aliud ista gl.& gl.j.in casus positione q̄ alimenta debēt præstari singulis annis.Videte:istud q̄d dicit per singulos annos,nō intelligas vna præstatione,sed debes intelligere sc̄d'm distinctionem quā dedi in.l.fin.s.de lib.agno.& no.istam legē qualiter fit æstimatio vsusfructus:vel si venditur,qualiter debet solui gabella.

1 ☞ *Dominium rei propriæ hæredis, quod non transit in a legatarium.*

SI quis ex hæredibus. Iste ē no. casus.Opp.& videt̄ q̄ legatario nō præiudicet vt l.cū rem alienam. C.de le.So.hic legatarius agebat rei vēdicatione:ideo negauit eā esse ꝓpriam,vt repelleretur agēs à rei vēdicatione.& vide gl.quæ incipit,sua hę-

1 redis,&c.Et no.gl.q̄ † rei ꝓpriæ hęredis nō trāsit dn̄ium.& bene dicit.Potes tu tn̄ circa istam legem alium intellectū magis notabilem dare.& ideo contendebat hæres,vt ostēderet patrimonium esse suum.& sic vt detraheretur Falcidia:priuatur ergo illa re, vt dixi in l.Paulus.& l.beneficio.s.eo.

¶ Quātitas. Adde an si sint legata mille ꝓ redimendis captiuis, & expensa fuerunt quinquaginta ,pmittendo ad locū,an deducent̄ vel erunt oneri hæredis. per Io an. And.in addi. ad Spe. in tit. de instru.edi.§. nunc vero aliqua.circa finem.

b ¶ Magna. Adde Bal. consi.cxx.iij.li.

4 ☞ *Res uendita tantò minus valet quàm soluitur in proxenetis subhastationibus uel alijs.*

a VAntitas patrimonij. Ista est no.lex.& semel fui īterrogatus

1 de vna q.iam sunt duo anni:† Quædā res fuit vendita,& emptori fuerūt datæ vices,vt si qs acceperit ꝓ quinquaginta,habeat decē à cōi,an istud debeat detrahi,et tm̄ minus dicit pretiū, q̄tum id,q̄ habet emptor.Et breuiter q̄cq̄d soluit̄ causa emptionis vel proxenetæ vel alij,tantum minus valet patrimonium.

IN quantitate. Opp.j.tit.ij.l.j.§.fi.Breuiter dicit glo.fateor teneri ad solida legata,non deducta Falcidia: non tn̄ vltra vires tenet̄. Dy.dicit melius,q̄ tenetur vltra vires patrimonij,si adiuit:quia incœpit esse debitor generis:& ideo tenetur:vt l.in ratione.l.ij.s.eo.hodie non credo verum,vt ibi dixi in l.in ratione.

Opp.de l.qui quadringenta.§.fi.j.e.Sol.Ibi in fructu,q̄ percipitur ex re vel quantitate legata:hic verò ex re legata: vt l. Paulus.& l.quod de bonis,§.fructus.s.eo.

b Magna b dubitatio. Opp. & videtur q̄ per cautionem debet expediri,non ꝓ æstimationem:vt l.in lege Falcidia non habetur.s.eo.Sol. Ibi in legato conditionali vbi per cautionem tm̄ fit explicatio: sed quando est debitum vel creditum conditionale:tunc potest vtroq; modo fieri:vt j.proxi.§.videbitis.quæ sit ratio.nescio:placuit sic facere.

Venio ad ver.cuius generis,&c. Opp.de l.eius serui. s. eo. Respon.& dico q̄ potest explicari vtroq; modo & per æstimationem,vt ibi,vel per cautionem,vt hic.Et est ratio: quia relictū libertatis habetur loco æris alieni:vt l.sed si non seruus. & l.æris alieni.s.eod.ergo vtroque modo explicatio fieri potest:vt §.§.proxi.Sed si in legato simplici,semper fit explicatio per cautionem: vt s.l.proxi.& lege.in lege Falcidia non habetur. & lege. in singulis.

ED autem. Vide gl.quæ est super ver.pro sua parte.& istam gl.non teneo indistinctè.Dicam in l.in quartam.j.eo.

QVod si alterutro. De materia istarum legū & gl.quæ sunt hic, explicabo.j.eo.l.qui fundum.§.fi.

SI is qui quadringenta. Pupillariter substitutus grauatus potest Falcidiā retinere,licet alius substitutus grauatus non sit.hoc dicit.

QUædam legata. Legata indiuidua defalcantur præstita parte æstimationis. hoc dicit. Opp.dicitur hic q̄ ex consummatione accipit formam operis.contra.j.de oper.no.nun.l.stipulatio.§.opus. Sol. Hic debet fieri opus ex dispositione testantis.secus si ex contractu. Breuiter,hic loquitur de opere formi,vt theatrū,studium: ibi loquit̄ de opere informi.Nam dicit de quolibet opere:& ideo de imperfecto potest intelligi. Opp.de l.& si nō sunt.§.q̄d ergo.s. de au. & arg.leg.Solue vt in gl.vt l.v.§.opere.j.de ver.sig. Quęro an hæres debet primo soluere,postea æstimationem petere. Gl. dicit q̄ sic.Doc.dicunt cōtra:quia pōt opponere exceptionem doli.Sed si esset verum quod dicit gl.consequitur iure actionis.

s IVsusfructus.

1 ☞ *Hæres uiri habet uestes pretio fas:uiles ipsa uxor.*

Universidad de Deusto. Biblioteca

Secunda Bartoli ſuper Infortiato.

2 ¶Sed viles. Adde in quātū Alex. allegat Ange.conſil.cclj. qđ in ſtāpa eſt cxxxiij. 1
iiij. quidā noīe Matthæus.& Pe. de anc. conſi.clxxiij.ego habeo clxxxj. & vide a
etiam Paul.de Caſt. cōſ.clxx iiij.& Ro. cōſi.cxlvj.& quę po 1
ſui in d.l.penul. 2

Dos legata. Tenemenți gloſ.quæ incipit, ideo ad q.quā feci in l.pe.§.j.ſ.fol.matr.qs † debet habere veſtes emptas mulieri,vel ipſa , vel hæres. Et certè pretioſas hæres:quia nō tenuit ab initio donatio:ſed viles * debet habere mulier:quia tenuit donatio,vt in glo. a

☞ *Debitor ſibiipſi ſemper eſt diues & ſoluēdo.*
In bonis alterius tantùm eſſe dicitur , quantùm ab eo exigi poteſt deductis expenſis.

5 *Liberatio ſi eſt relicta duobus reis debendi,quorum unus eſt ſoluendo,alter non,uterq; capit liberationem.*

agitari. Quare dic q̄ ibi accuſabatur mater ſola: fiebat tamē præiudiciū partui futuro: ſed hic fiebat præiudiciū partui iam nato. Et eſt ratio: ſicut enim cū mater eſt minor, quæſtio differtur, vt dixi ſ. ita etiam q̄n eſt grauida debet differri: quoniam nō poteſt ita ſufficiēter defendere. Item eſt ratio: quia magis fauemus partui naſcituro quā iam nato: vt l. j. §. ſi ea. ſ. de ven. in poſ. mit. Hoc videt tenere Roſ. ſuper iſto ti. Itē dicit hic in fi. † q̄ ſententia lata cōtra matrē præiudicat partui. cōtra. C. ad l. Cor. de fal. l. j. Sol. Intelligit gl. q̄ iſte verſ. referatur ad primū caſum, quādo agebat cōtra matrē & pupillū ſimul: & ſic ſentētia fuit lata cōtra pupillū. Ita dicit gl. & bene. Alij dicūt q̄ etiā q̄n ſentētia eſt lata cōtra matrē, præiudicat filio a quo ad probationē: vt l. j. §. ſi cui. ſ. de ven. inſpi. & quod no. in l. edictū. eo. tit. Vide dete quod dicit, q̄ factū matris p̄iudicet pupillo, vel filio quo ad onus probationis, eſt verū factū matris nō obſeruātis ea, quæ dicunt in illo titulo de ven. inſpi. nō autē factū matris ſuccūbentis in cauſa, vt hic. & hoc puto verū. Vel aliter, factum matris non nocet filio in cauſa principali. l. j. C. de fal. aliās ſic. Sed non placet: quare tene primam ſolu. quam dedi tangitur etiā per Cy. C. e. l. j. in ij. q. Et faciūt prædicta ad q. quā diſputaui: an ſentētia lata contra filium pro maleficio ſufficiat, vt fiat executio contra patrem. Dic vt in diſputatione mea: & plenè ſcripſi in l. cùm filius. j. de verbo. obli.

f ☞ *Actio ciuilis & criminalis quando competit contra aliquem, an ſit neceſſe q̄ prius agatur criminaliter quàm ciuiliter.*
Adde circa hoc: & uide Alex. in conſi. clxxij. col. j. in. v. uolu.

LEX II.

Licet mulier. Donec viuit aliquis ex participibus criminis, nō poteſt agi ciuiliter de crimine contra tertiū. h. d. No. legem: † & ſic habes q̄ non eſt in poteſtate mea, velim agere ciuiliter. contra. C. quando ciui. actio cri. præiu. l. j. Sol. Dicit Iaco. de Are. & bene, & multum not. ſi contra criminoſum ego volo agere, poſſum eligere an velim agere ciuiliter, vel criminaliter: vt J. j. C. quando ciui. ac. cri. præiudi. ita dicit ipſe. Adde niſi in caſu homicidij: quia per ciuilem actionē in vna cauſa non debet p̄ę iudicari Corneliæ de ſica. criminaliter vt l. prætor edixit. §. j. j. de iniur. ſecundū lect. Iac. de Are. Si verò volo agere criminaliter contra tertium, non poſſum agere ciuiliter cōtra tertium: vt hic & l. j. C. vbi cauſæ fiſcales. & refert Cy. latius in l. vlti. C. de fide inſtru.

LEX III.

Carbonianum. In ſecūdū tabu. i. in bonorū poſſeſsione ſecūdū tab. dicit hic q̄ poſthumo inſtituto licet habeat ſecundum tab. pōt etiā habere locū hoc edictum. Sed quid ſi iam natus eſt inſtitutus? Dicit glo. idē, ſi hæc duo negentur. Sed glo. j. proxi. §. facit differētiā inter poſthumū, & iā natū. & idē videt facere tex. ſ. e. l. j. §. Pōponius. quid dicemus? Dico q̄ idē in poſthumo: quia nego eū eſſe inſtitutū & nego iſtū eſſe illū, quē teſtator inſtituit vt filiū: nō obſtante. §. Pomponius. quia ibi denotat facti accidentiā: quia rarò contingit illa contentio q̄ teſtator erauit in corpore. ſed ſi hoc cōtingeret, verū diceret noſtra gl. dicitur hic, in fideicōmiſſo & legato habet locum Carbonianum qualiter intelligatur? Dicit gloſ. duobus modis. Tene primam, quæ eſt vera.

Quamuis. Opp. dicitur hic q̄ ſcripto hæredi non datur Carboniana: contra. ſ. proxi. Dicit glo. hic in iam nato: ibi in poſthumo. vel etiā in iam nato eſſet idem, quando eſſet contētio de ſtatu perſonæ, vt ibi dixi. & hic debet intelligi quādo de ſtatu perſonæ nō eſt contentio: & ideo quia habet poſſeſsionem ordinariā, nō recurritur ad iſtam: vt l. quāuis. C. de edi. diui adri. tol. & l. j. & l. ij. quorū bonorum. Item op. j. eo. l. de bonis. §. ita demū. Solue vt ibi. Quæro quando mouet quæſtio ſtatus tantū an differat quæſtio bonorum. Reſpō. non: quia quando mouetur quæſtio ſtatus tantū, non bonorum, ad quid differtur, cum non ſint inuicem præiudiciales?

c **Puberi.** No. quod decretum ſurreptitium non valet: vt l. cum vero. §. ſubuentum. j. de fideicommiſ. liber. & l. magis puto. §. penul. ſ. de re. eorum.

1 ☞ *Exceptio, dolo facis, petere quod reſtituturus es, habet locum in poſſeſſorijs adipiſcendæ, in alijs poſſeſſorijs non.*
Procurator præſumitur ille, penes quem ſunt inſtrumenta cauſæ.
2 *Semiplena probatio quando ſufficiat in cauſis ſummarijs.*
3

Cauſæ. Hic incipit exponere illa verba, cauſa cognita, quæ bis in edicto poſita fuerunt. Oppo. dicitur hic quod debet cognoſci ſummatim. contra. C. eo. l. ij. Solu. Illa ſecū dum iſtā debet intelligi q̄ cognoſcetur ſummatim. Itē dicit hic q̄ ſummatim cognoſcunt. cōtra: in l. iudices. C. de iud. Solu. Speciale eſt hic, vt plenè no. in l. iij. §. ibidē. ſ. ad exhi. Itē opp. dicit hic q̄ pōt opponi puero petēti Carbonianā. tu non es filius. Con
1 tra † in poſſeſſorijs nō habet locū regula, dolo facis, quia petis: vt l. ſi quis ad ſe fundū. C. ad l. Iul. de vi. & plenè no. in l. j. §. j. j. de vi & vi arma. Sol. In poſſeſſorijs recuperandæ non habet locū regula illa: ſed in poſſeſſorijs adipiſcendæ habet lucum, de quo plenè in l. dolo. j. de do. exce. & plenè dixi in l. ſi ſocer. §. Lucius. ſ. ſolu. mat. Itē dicitur hic q̄ cū eſt dubiū de mandato, admittit cau
d tio de rato. quæro qualiter intelligit dubiū de mandato. Dicunt
2 quidam, q̄n ille, † qui dicit ſe ꝓcuratorem, habet aliqd modicum, ſaltē q̄ faciat pro eo. qd mihi multū placet. & gl. eſt iuris Canonici quæ dicit q̄ ſi apud aliquē reperiunt inſtra cauſæ: eſt p̄ſumptio q̄ ſit ꝓcurator: vt no. in c. j. de procu. & dixi in l. vulgò. ſ. de admi. tu. & de hoc no. per doc. C. de procu. l. j. & l. non ſolū. §. qui
3 alieno. ſ. de ꝓcu. Item no. hic † q̄ in cauſis ſummarijs ſufficit iſta
e probatio ſemiplena ita q̄ inducat præſumptionē: & hoc intelli ge in cauſis ſummarijs, in quibus præiudiciū modicum paratur: tunc enim ſufficit ſummaria cognitio, quæ p̄ſumptionē impli cat. Si enim paratur magnū præiudicium: tunc requiritur plena cognitio: ſed dicitur ſummaria: quia dant breuiores dilationes. & ſic non ad probationem dicitur ſummaria ſed quia dant dila tiones breuiores. Ita no. Dy. in l. j. §. fi. j. de præto. ſtipu. & ita debet intelligi c. illud ſæpe contingit dever. ſig. in Cle. Facit ad p̄ę dicta j. proxi. §. & quod dicetur ibi.

1 ☞ *Practica huius materiæ qualiter fiat: & pro libello. nu. 3.*
2 *Mater in cauſa ſtatus & ad ſtatum pertinentibus pro pupillo teſtificatur.*
3 *Tutor quando pro pupillo teſtificetur.*
4 *Teſtes examinari & publicari ad æternam rei memoriam quando quis facere poſſit:*
5 *Infamis de facto non repellitur à teſtimonio, ſed minus ei creditur.*
6 *Teſtis conditio quo ad teſtificandum quo tempore attendatur.*
7 *Teſtis qui tempore teſtamenti erat bonæ conditionis, ſed tēpore redditi teſtimonij erat infamis, ut probet, quod tempus attendatur remiſſiuè.*
8 *Teſti deponenti de facto longinquo non ita creditur, ſicut de propinquo.*
9 *Teſtes ad æternam rei memoriam examinari poſſunt ſuper cognitio quod de facili poteſt tradi obliuioni.*
10 *Iudex qualiter pronunciabit ſuper iſto edicto quando Carboniana poſſeßio & quod quæſtio ſtatus differatur, ſimul & ſemel petuntur.*

Duæ autem cauſæ. No. rex. ibi: finge eſſe teſtes &c. Primò quęro practicam † huius
1 materiæ. Reſpon. ad hoc vt beneficium huius edicti competat, oportet q̄ prius controuerſia ſtatus fiat: vt j. e. l. §. fi. Practica ergo erit iſta, ſi poſsidet pupillus: tunc ſi alius agit contra eum dicens eum non eſſe filium: & ipſum eſſe proximiorem conſanguineū: tunc pupillus excipiendo peteret ſe tuendum in poſſeſsione, & quæſtionem differri: vt j. ea. l. §. miſſum. & l. j. C. eo. tit. ſecundum vnam lect. Si verò non poſsidet: tunc primò ipſe debet petere agendo petitorio, vel poſſeſſorio, ſecundum ea quæ dicā in §. miſſum. Et ſi aduerſarius dicet eum non eſſe filiū, omiſſo primo iudicio dabit de nouo libellum, & petet Carbonianam & quæſtionem ſtatus differri in tempus pubertatis, et erit forma libelli iſta: Cum ego ſim filius talis, et mihi inferatur quęſtio ſtatus & bonorum: peto me poni in poſſeſsionem ex Carboniano edic. & quæſtionem ſtatus differri in tempus pubertatis. ita format Roma. Vel, vt puto, erit melius, vt non petatur præcisè vt quæſtio ſtatus differatur in tempus pubertatis, ſed quod prætor cognoſcat & pronunciet differendam vel non, prout vtilius eſſe pupillo iudici videbitur. hoc autem probatur per ea quæ j. dicam. Opp. dicitur hic q̄ duæ ſunt cauſæ cognitionis: vna ſummaria: alia plenaria contra, imò prima videtur plenaria: vt lege. vbicunque. §. j. de ven. in poſſeſ. mit. Solu. Ibi eſt plenaria, non ideo quia fit im-

miſsio,

missio,sed ideo qa venit examinandū,an q̃o status sit differēda,
1 vel non, in tps pubertatis, vñ hic tex.illū declarat. †Quæro
qūo mater admittit ad testificādū pro pupillo. cōtra l.parentes.
C.de testi,Solu.Speciale est in cā status, & in causis pertinenti-
bus ad cām status: vt l.si arbiter.§.fi.als est in l. Imperator.s.de
proba. Itē dicit hic q̄ tutores &c.Contra in l.fi.s. de testi.vbi tu-
tores q̄ agunt cām,non p̄nt esse testes in eadē cā.Sol. Possumus
dicere q̄ loquit de alijs tutoribus,q̄ q̄ agant cām status.Vel dic
speciale est in cā status & i causis ptinētibus ad cām status. Sed
prima opi.plus placet. Itē quæro qūo iudex debet hic iuestigare
à tutoribus,& à matre:nōne hoc est cōtra pupillū.Si em̄ format
libellus,vt dicit Rof.q̄ petat quæstio status differri, qūo admit-
teret cōtra pupillorū eorū testimoniū.cōtra l.lege Iul.s. de testi.
Dic q̄ fortè petet aduersarius quæstionem differri in tps puber
tatis,non tutor,vel mater.Hoc non pōt esse verū:quia q̄ causam
status infert,non potest petere,vt differatur:sed ille,cui infertur:
3 vt j.ea.l.§.diuus.quid dicemus? Rñ. † putarem libellū non esse
formandum vt tutor petat in libello,præcis è causam status dif-
ferri:sed petat cognosci,an debeat differri causa status, & petat
pronunciari quod est vtilius pupillo,vt s.dixi.Pro hoc facit tex.
in fi.ver.diuus.ibi:tutores eorum iudicio experiri volunt, & sic
non petunt,dari dilationem,sed de hoc cognosci.Vel si vis dice
re quod petat differri præcis è:dic q̄ iudex nō debebat dare, nisi
inquisitione facta,prout hoc §.dicitur.Nō obstat text. qui dicit,
tutores experiri volunt: quia ibi loquitur de alijs tutoribus: hic
de his,qui causam agunt.Sed præcedēs opi.proximè dicta plus
placet. In tex.ibi:insinuare,&c.Et sic non perirent probationes:
vt in auth. de testibus.§. & hoc verò quia multoties. posita C.de
testibus.auth.sed & si quis.Dicit gl.q̄ istæ ratiōes positæ in tex-
4 tu. non sint hodie sufficientes. Videte.si pupillus † possidet:
ista gl.dicit veritatem:quia reo ad probādas suas rationes datur
beneficium vt possit producere, & petere examinari, & publi-
cari ad æternam rei memoriam:vt præallegatis iurib.& hac glo.
& l.vlt. C.de vsu. pup. Si verò petit, & non possidet, & sic su-
stinet partem actoris: tunc non habet beneficium, vt posset pe-
tere examinari, & publicari, sed pōt petere examinari tantum,
non publicari, cū timet de morte testiū, vel eorum absentia diu
turna:vt in c.quoniā frequenter.extra, vt lit. non cōte.& hoc si
pōt incontinenti agere. Secus si non pōt agere incontinenti, vt
quia habet ius agendi conditionale: tunc potest petere examina
ri & publicari ad æternam rei memoriam:vt l.in lege Aquilia si
deletum.& ibi plenè solet dici.s.ad l.Aquil. Vlterius quæro,
quomodo potest dici q̄ propter tēporis interuallū non habeant
eandem fidem.Dicit gl.q̄ contingit duobus modis.Vno modo:
quia efficiuntur infames de iure vel de facto,& sic non habetur
tanta fides:quia inspicitur tempus redditi testimonij:vt l.iij.s.de
5 testi. Circa hāc quæstionē† quæro vtrū infamis de facto re-
2 pellatur à ferendo testimonio.& videtur tex. q̄ sic,in l.Caisius.
§.de sena. sed gl.hic nō dicit q̄ repellat, sed minor fides adhibe-
tur:& verū dicit ista gl.quia minus creditur: & tunc in subsidiū
creditur ei: & tunc cū tormētis:vt in auth.de testi.§.si verò igno-
ti. & s. de testi. l. serui.&gl.ob carmen. §. pe. Non obstat l. Cai-
sius. quia infames de facto repelluntur à dignitate: non à testi-
6 monio.Sed quæro quo † tēpore debet inspici fides, & conditio
testis,an tēpore quo negotiū geritur,vel tēpore quo redditur testi-
monium? Dic q̄ tēpore quo testimoniū reddit, vt hic,in text.&
gl.In cōtrariū videtur tex.s.de testa.l.ad testiū. §.j.& l.j.C.de te-
sta.& ibi no.gl.volens soluere istud contrariū,in legibus contra
rijs videt dicere q̄ intelligat de testibus, qui in iudicio non ha-
bent necesse assistere:quia sunt adscripti in instrumento publi-
co:vel aliàs non est necesse quod de nouo deponant. Ita not. in
l.j.C.de testi.licet hoc sit satis probabile: tamen dic, Quandoq;
testis mutat conditionem sui culpa,vt quia propter delictum ef-
ficitur infamis:& tunc habet locū hæc gl.q̄ inspicit tempus red
diti testimonij.Quandoq; mutat cōditionem absq; sui culpa,vt
quia credebat se liberū tēpore testamenti, postea detegitur ser-
uus:& tunc inspicitur cōditio testis,tēpore quo negotiū geritur.
Ita loquitur l.j. C. de testi.Ita tenet Azo in summa de testa.or.
7 circa fi.quod tene menti. Sed † si testis tempore testamenti erat
bonæ conditionis, & tēpore redditi testimonij erat infamis: q̄
tempus inspicit? Dixi in l.damni.§.Sabini.j.de dā. infect. Se-
8 cundā† sol.dat gl.q̄ pōt hic contingere, scilicet q̄ testi non ad-
hibeat tanta fides propter tēporis prolixita
tem:quia ita non creditur testi de facto lon-
ginquo,sicut propinquo.Pro ista opi. facit
in auth.hæc const.innouat cōst.colla.vij.Fa-
cit quod no.in l. cēsus.j.de proba.& hoc vt
tenere Spe.in ti. depositi.§.vj.ver.sed nun
quid.quod intelligitur vt no. per gl.de ver.
9 signi.l.notionē.§.instrumentorum.Et † præ
dicta faciunt quod quando est negotiū,qd
de facili potest tradi obliuioni, iusta cau-
sa est q̄ testes examinentur ad æternam rei
memoriam,ne obliuiscantur.hoc tangit gl.
bene in c. quoniā frequenter.extravt lit.nō
10 contest. Quæro† qualiter pronunciabit
iudex super isto edicto,cum simul & semel
petatur Carboniana possessio,& vt quæstio
differatur in tēpus pubertatis, vel differen
da congnoscatur:& vna est summaria, &
alia plenaria: quomodo vna sentētia deter-
minent? Rñ. Illud quod hic dicitur de sum
maria cognitione,debet intelligi quantum ad informationē iu-
dicis per præsumptionē solā:in alia dicit cognitio plenaria quā
tum ad informationē iudicis per veritatē.Sed vtraq; vno respe-
ctu pōt dici summaria:quia in vtraq; breues dabunt dilationes:
& ideo vtraq; dicitur summaria,vt dicit in c.sæpe.extra, de ver.
signi.in Cle.& ideo ambo ista capitula poterūt vna sententia de
terminari:vel super vna pronunciabitur, & super alia: quæ re-
quirit plenam cognitionē reseruabitur: vt l.ille à quo.§. si de te-
stamento.s.ad Treb. cùm sint diuersa capitula: ergo super vna
potest pronunciari,super alia reseruari,vt l.etiam.§.j.s.de mino.
quod dici consueuit C.si aduer.rem iudi.l.ij.tene menti ista.

¶ Quæro vtrum Vtrum infamis repel-
latur à testimonio, vide Bal.in c.j.an re-
mo.deb.testes qui pa
res esse desierunt. &
Bar.in l.cunctos po-
pulos.C. de sum.trī.
Adde tamen q̄ sem-
per facit saltem indi-
cium:vt no.Bar.in l.
maritus.j.de quæsti.
& vide no.in c. præ-
terea . de testib . cog.
& quod ibi p. Imol.
ibi aliàs non est neces
se qd de nouo depo
nant adde Bal. in c.j.
an remo. deb. te. qui
pares esse desie.& q̄
not.Bar.in l.j.§. si ser
tuus. de quæstio. &
omnino Bald . post
Barto.& alios in l.j.
de testi.

1 ☞ *Accusata de adulterio,& absoluta non potest ab eodem seu ab alio super eodem accusari:ab alio,& de alio sic.*

Si mater. Oppo. quod mater absoluta prosit partui: vt l.
denunciasse.§.quæritur.j.de adult. Glo.non so-
luit. Sed dic,illud est verum, quando de eodem facto ageretur
contra filium,de quo mater est absoluta: hic verò de alio facto
agitur contra filium. Vel aliter: quod ibi dicitur, est speciale in
adulterio propter sequens matrimonium, cui leges multùm fa-
uent:aliàs secus.Hanc opi.tenent doc. & Cy.refert C.ad l. Cor-
1 de fal.l.j.in secunda quæstione. Quærit gl.† vtrū mater, quæ
semel obtinuit,possit iterū accusari de adulterio. Dicit gl. q̄ sic:
non tamē de facili:vt l.si cui.§.ijsdem.j.de accu. Quod intellige
de eodem crimine,& ab eodē:vel de alio, & ab eo,qui in primo
fuit calumniatus:aliàs nihil repugnat quod non posset accusari.

Si is, qui. Opp.dicitur hic secundum diuersas literas: vna
enim negat:alia non negat.Sol.vtraq; sustinetur,
netur.vna non negat:& ista est plana. Alia enim negat: & tunc
dic,negat eū,scilicet solū: sed non negat eum, scilicet filiū cum
alio. Itē hic innuit q̄ nō habet locū Carbonianū. nisi qn̄ est con.
tentio de bonis paternis.cōtra.j.e.l.de bonis.in prin.Dic vt in gl.

Ibidem. Opp.q̄ per istud quale præiudicium quod pupil
lo posset fieri in causa istius persona alterius non
debeat differri quæstio, vt s.eo.l.j.§. fi.& j.e.l.Titia. Solue quod
iste consors erat minor xxv . annis. vnde de facili posset lædi,
sed in contrarijs erat maior illi, qui habet causam prejudicialem
ad istam. Ita no.j.e.l.si impubes.§.si mater.& dixi s.e.l.j.§.fi.

Parui refert. Opp.j.ea.l.§. missum.Sol.Dicit glo.hæc de
bet intelligi secūdū illā,quando pupillus a-
git possessorio,non petitorio.Tu dic q̄ hoc potest intelligi etiam
quando agit petitorio,vt ibi dicam incontinenti.

2 ☞ *Dictio & ,quod sit implicatiua.*

Si duo. Glo.ponit hic casum. Ad petitionem impuberis in
ferentis controuersiam status,non debet in tempus
pubertatis differri:sed ad petitionē impuberis patientis.h.d.No.
tex.ibi:nec em̄ patitur.Not.† de significatione huius copulæ &,
quæ implicat.Nā si dico,& me videor iplicare, q̄ nō est solū te.

Si quis liber. Gl.ponit casum no.hic, quod siue princi
paliter , siue incidenter veniat exami-
nanda quæstio status debet differri in tempus pubertatis , non
solùm quæstio status,sed ea etiam , in quam incidit , si sine hoc
incidenti quæstio status non potest teminari. Oppo.j.ea.l.§.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Secunda Bartoli super Infortiato.

¶ Possum petere. Si possideo possum tũ petere possessionem cõfirmari. adde bar. in l.de pupillo.§. qui opus.per glos. ibi de ope.no.noui nun. & plenè per Modr.in §. quadrupli. Instit. de actio.& Bar.& Bal. in d.l.j.C.eo. & vide Bart. in l.nõ tantũ.§. si sub ea.j. de contra tab.& Bald in l.j.C. eo. qui se limitat in l.j.C.de edicto, diui Adri.tollen. 1

missum.Sol.dicit gl.hic pupillus continebatur:ibi agebat tantũ. Vel aliter,vt dicam in §.missum. Item contra.C.de ord. iud.l.j. Solue vt ibi.& dicam statim in §. missum.

1 ☞ *Missio in possessionem ex Carboniano qualis sit:& an fiat in nominibus debitorum.*

2 *Exceptio de iure tertij opponitur,quando est in totum ex clusiua iuris agentis.*

Cùm extaret. Et si propter debita particularia q̃stio status infertur impuberi:differt in tempus pubertatis.h.d.Not. quod dixi in casu. Quæro† quid operabitur hoc Carbonianũ edictum.Dicit glossa vt fiat missò,sed qualis missio potest fieri:põt ne fieri in nomina debitorũ?Nos possumus resp̃ondere,prout resp̃ondet gl.in l.à diuo.§.si super rebus. j.de re iudi.& l.j.C.de præto.pig.Sed melius est dicere q̃ hic habet locũ.Carbonianũ edictũ hoc modo:q̃ huic pupillo satisdãti soluatur prout dicã plenè j.eo.l.pe. Item habet locum quo ad
2 aliud,vt quæstio status differatur. Item no.† q̃ hic potest opponi de,iure tertij:& hoc ideo:quia ius tertij est totaliter exclusiuũ iuris agentis.quod dic vt dixi plenè j.de except. rei iudic.l.ij. & Cy.dicit in l.cùm seruum.C.de ser.fugi.

1 ☞ *Possidens potest petere sibi possessionem confirmari,& in ea tueri.*
2 *Possessorio agens petit se mitti in possessionem,& positus in ea se tueri.*
3 *Pupillus siue agat,siue conueniatur,quando habeat Carbonianum.*
4 *Qualiter cognoscatur,an quis agat vt bonorũ possessor Carboniana an directã intẽtet. Carboniana an differatur,si mouetur controuersia de statu defuncti,non ipsius filij.*
Possessor non constituitur quis ex solo iussu de mittendo.
5 *Actione in factum ex hoc edicto agit quis,vt constituatur possessor.*
6 *In ista actione in factum ueniunt corporalia,& incorporalia quandoq;.*

Missum. Hic est optimus §. & breuiter h.d. Missum in possessionem ex hoc edicto prætor tuetur: non tamẽ missus ex Carboniano possessor potest hæreditatẽ vel res singulas vendicare,nisi velit de filiatione plenè docere.h.d.Hic innuit q̃ missus in possessionem ex Carboniano non possidet, nisi interponatur secundũ decretũ, ex quo possessor efficiatur. Contra.ś.eo.l.j.in princi.& j.eo.l.pe.& s.de inoffi.testa.l. qui de inofficioso.Dicit gl.hic debet intelligi possessorem constituere hoc est,missum in possessionẽ tueri:nõ q̃ de nouo det possessio
1 nem;& est satis bona.& tene menti.Ex qua † habes q̃ sicut peto me mitti in possessionem,si non possideo:ita si possideo, pos
2 sum petere * mihi possessionem cõfirmari,& in ea tueri.Et pro hoc est casus secundum veram lec.C.eo.l.j. & ibi Cy. Odof.Et pro hoc quod habuistis ś.de contra tab.l.iij.§.si sub ea.& j. tit.j. l.ij.§.sub conditione.Et pro hoc ś.quod me.cau.l.fi.§.fi. Item tene menti ad aliud,q̃ qui agit possessorio,petit se mitti in possessionem;& positus in ea petit se tueri,vt hac gl.& j. ne vis fiat ei. l.j.§.si quis mi.ius.& sic habetis vnam lectu.Contra hanc lectu. oppo.quia non est verum q̃ ex primo decreto efficiatur possessor,nisi interponatur secundum:vt l.si finita.§. Iulianus.j.de dã. infec.& l.iij.in fi.de acquiren.poss.Sol. Ibi quando possessio datur alicui propter aduersarij contumaciam : & ideo expectatur primũ,& secundũ decretũ antequã possessor efficiatur : sed hic non datur possessio propter cõtumaciã aduersarij, sed propter fauorẽ petẽtis:& ideo nõ expectatur primũ & secundum. Item op.de eo quod dicit de ventre in possessionẽ misso,qui non possidet:vt l.j.ff.qui ex cau.in poss.ea.Sol.aliud in filio,qui mittitur ex Carboniano:aliud in ventre.Et est ratio:quia tex.in Carboniano edicto dicit,datur possessio;vt ś.eo.l.j.sed text.in materia de ventre in possessionem mittendo dicit,mittitur in possessionem:quæ verba signant solum detentionẽ.Et põt esse alia ratio quia possessio,quæ datur ventri est minori tẽpore duratura. Itẽ quia datur propter partum non ipsi partui : ideò non tantùm ei fauetur.Sed prima non mihi placet,licet sit persuasiua. Itẽ procedo,dicitur hic in secundo responso missum in possessionẽ ex Carboniano , nititur prætor in possessione tueri,&c . Oppo.q̃ siue conueniat,siue petatur,habeat locũ Carbonianũ:vt ś. ea.l. §.parui.Glo.dicit,dic vt ibi,dicit q̃ agebat possessorio, non petitorio.Hæc solu.non placet:quia text. ibi dicit simpliciter,siue agatur siue conueniatur,nec dicit quomodo.& idem ś.eo.l.j.in
2 princip.Vnde mihi † videtur dicendum sic. Quandoq; pupillus agit antequã sibi sit mota q̃stio status, & anteq̃ sit petita Carboniana possessio, & in isto iudicio opponitur sibi quæstio status: tunc pupillus omissa prima actione potest petere Carbonianam bonorũ possessio ex hoc edicto , & non refert siue agebat siue conueniebatur:& siue agebat petitorio,siue possessorio, vt legibus contrarijs.Quãdoque post petitã & habitã possessionẽ totaliter agit:& sic post motam quæstionẽ pupillus vult agere:tunc habet locũ distinctio huius.§. Item opp.j.eo.l.pe. vbi etiam missus videt q̃ possit agere.Dicit gl.sol.vt ibi.Breuiter veritas est ista:hic pupillus agebat contra principalem aduersarũ, qui se dicebat hæredẽ : & ideo adhibetur distinctio quæ dicitur hic.sed in lege cõtraria agebat contra alios debitores hæreditarios:ideo distinguitur vt ibi dicit.Hæc solu.tangitur ibi:& l.j.C. de iud.& ibi doc.tangũr. Itẽ op.dicitur hic q̃ põt opponi ista exceptio,ne præiudiciũ fiat petitioni hæreditatis mouẽdæ.Contra.C.de peti.hære.l.fi.Dicũt quidã hanc per illã corrigi.non est vera.Sed dic qđ lex contraria loquitur in hærede,seu possessore conuento:hic loquitur in agente.& est bona sol.quam tenet gl. in l.si bonæ fidei.ś.de peti.hære.vel aliter,ibi loquit quando erat contẽtio inter eum qui se hæredẽ dicebat,& alios legatarios,vel creditores,sed hic erat cõtentio inter eos,qui se hæredes adinuicem dicebãt,& est bona, & probatur in l. non distinguemus.§. si quis.ś.de arbi.dixi plene j.de excep.l. si post litẽ. Item opp.
3 C.de ord.iu.l.j.Solue vt ibi. Quæro† quæ est differentia vtrũ agat vt bonorũ possessor Carboni.an intentet directas actiones, quomodo cognoscam.Dicit gloss.quando aget vt bono. possed. Carbo.aget isto modo:quia sicut in alijs bo.pos.decreta.ante bo. poss.ei competit bonorum possessoria hæreditatis petitio: vt l. j. & ij.de pos.hære.pet.& habuistis de bono.possessio.l.iij.§. bonorum.ita impubes decreta bono.pos.Carbo. volebat agere vt hæres,& hoc probat solum:quia erat de mente Carbo. poss.& credebat q̃ illa cognitio summaria quæ inducebat præsumptionem sufficiẽtem ad Carb.pos.ś.ea.l.§.causæ,sufficeret in hac bonorũ possessoria hære.pet.qđ non potest,vt hic.Sed si vult agere directa,vt discutiatur vtrum sit inter liberos vel non,hoc põt. & ita
4 habetis intellectum huius.§. Quæro† quid si innouetur controuersia de ipsius defuncti statu,non ipsius filij,an debet differri per Carbonia. Videtur q̃ sic.ś.eo.l.j.§.sed & si ipse.In contrarium videtur C.de pet.her.l.liber.Sol,Ibi propter q̃stionẽ status defuncti vertitur in dubiũ status filij:vt quia defunctus dicatur seruus,& sic filius non potest esse liber:& tunc differtur:vt ś. eo.l.j.§.sed & si ipse.Sed si propter quæstionem status ipsius filij:vt quia fuit institutus hæres ab extraneo , & tunc non differtur:vt l.liberti. Alij legunt hunc §.alio modo,dicẽtes q̃ in princ. fuit missus in possessionem solo verbo,quem prętor studet constituere possessorem re ipsa : ita dicunt ipsi vt cessent contraria prædicta.Et potest esse in se satis bona vt exponamus missum, id est mitti iussum:quia ex solo iussu non constituitur quis possessor:vt l.non est.de pig.ac.& l.cùm hæredes.de acqui.pos.Sed
5 tunc quæro† qua actione petatur quod quis cõstituatur possessor.Dicit gl.actione in factũ q̃ descẽdit ex quolibet edicto prætoris:vt l.pe.§.cùm prætor.j.ne vis fiat ei . Istud videtur mirum cùm bono.possed.petatur officio iudicis : vt l.iij. §. si causa.s.de po.pos.Dicunt quidã q̃ ista quæstio glo.referatur solùm ad casum.ś.proxi.quãdo quis solũ est mitti iussus:tunc petitur actione in factum,vt iste iussus executioni mandetur .Sed licet hoc posset fieri:tamen tutius est qđ fiat missio manu militari; vt l.si quis missus.j.ne vis fi.ei.Quare dic quod ista quæstio referatur ad totum.§.& totum ti.& bene dicit q̃ cogatur actione in factũ. Non obstat quod no.in l.iiij.§.si causa.quia in bono. possed.quæ tribuunt ius, per quas nullum aduersario fit præiudicium : nec requiritur quod citatio fiat.vt ibi dixi.sed hic loquitur in possessione quæ est facti,& habet certum aduersarium ,& requiritur cognitio:prout dixi.ś.ea.l.§.causæ.& § . duæ. & ideo actione in
6 factum non iudicis officio explicatur . Quæro † quando hæc actio in factum intentatur,quid veniat in ea. Dicit gl.quod corporalia tantum.allega.l.ij.j. quorum bo. vel melius etiam incorporalia veniunt quandoq;,si agitur contra aliquem debitorem: vt habuistis ś. proxi. §. & sic ista possessio habet aliquid vltra quàm interdictum,quorum bonorum.

Hæc autem. Et per hoc oportebit petere filium bonorum possessionem ordinariam . contra

Universidad de Deusto

j. eo.l.si impubes.§.fi.Hęc gl.soluit,cogebatur,si vellet intentare actionem alias secus.& ideo dicit gl.oportebit,in futurū,si vellet intentare actionem.sed nunc Carbo.non oporter.& idem no.C. eo.l.j.in fi.& l.gl.& est satis bona,vt dicam j.eo.l.si impubes.in fi. & tangam j.l.pro.Vel dic quod iste tex.vult dicere.q; si pupillus non possidet hæreditatem paternam,ad hoc vt perueniat ad bonorum possessionem Carbonianam, habet primò intentare bonorū possessionem ordinariam, vt sic aduersarij moueant quæstionem status,vt sic mota quæstione status perueniat ad bonorum possessio.Carbonianam,ad quam non potest perueniri, nisi primò moueatur quæstio status:vt s.proxi.§.dixi.s.ea.l.§. si duo. & ita potest intelligi hic.

Deoquè. Dicitur hic ex prima parte edicti: quæro,quæ est prima pars edicti.Dicūt qdā contra ta.quæ prędcedit sed'm ta.Non est verū,quare dic, primam partē edicti vocatbo.pos.ordinariam:sequentem vocat Carbonianam,quæ est extraordinaria.Opp.s.eo.l.iij.§. missum. vbi actionem non potest intentare.Dicit gl.etiā intentabit actionem in factū,& sic aget possessorio tm̄.Vel dic,vtetur omnibus actionibus quādo erit pubes,& liquebit eum hæredem esse. Tu dic q; missus ex Carboniana actione,contra principalem aduersarium non potest intentare,nisi sed'm distinctionem quā vidistis in.§.missum.sed contra alios debitores potest intentare secūdum distinctionem,quam dicam j.eo.l.pe. Op.s. eo. l.iij.§.pe. vbi dicitur q; vt possit actionem intētare,oportet petere bo.pos. ordinariam:sed hic non posset petere ordinariam:quia est exclusus ab ea,vt hic dicitur:igitur actionem intentare nunq; poterit. Possumus dicere q; licet sit exclusus à possessione ordinaria, tenebat ius adeundi de iure ciuili:ideo actionem intētabat: & hoc patet ex gl.quæ dicit q; liquebit eum hæredem:nō dicit bo. pos. Vel dicamus q; agnoscet bo.pos.omissam per restitutionē in integrum:vt l.j.C.si vt omis.hær.vel bo.pos. Vel possūm dicere q; in d.§.pe.debeamus legere aliter q; gl.ibi dicat: quasi illa lect. sit contra istū tex.& legamus alio modo,vt ibi dixi*.

a

Ed & si is. Hic incipit exponere tertium caput edicti de satisdatione.

1 ☞ *Supplicium matris differtur propter partum.item in matre lactante puerum, donec nutrix reperiatur.*

An autem. Iste §.facit in ar.† ad quæstio.vos habetis in l.prægnantis.de pœnis.& s.de sta.ho.l.Imperator.q; supplicium matris differtur propter partum. Quæro quid de matre lactante puerum,cùm alia nutrix non reperitur: certè eadem est ratio qd' donec non reperitur alia,supplicū differatur,per hunc tex.& sic dicunt doc.maximè Oldra.

1

1 ☞ *Quæ est ratio quod in bonis maternis non habet locum Carbo.*

2 *Et an quæstio status differatur per hoc edictum.*

De bonis. Quæro † quæ est ratio q; in bonis maternis non habet locum edictū Carbonianum.Rn̄.quia hoc edictum est introductū ad similitudinē edicti de cōtra ta.vt l.j.§.j.s.eo.sed in testamentis fœminarū cōtrata.nō habet locū:vt l.illud.§.ad testamenta.s.
2 de cōtra ta.ergo nec Carb.Itē dicit† q; differtur qō status:sed an differat per hoc edictū? Dicit gl.q; non,sed ex constitutione,vel interpretatione Iurisconsultorum:vt hic,& s.e.l.iij. §. quāuis. Et ideo isto casu ista dilatio posset ꝓdesse in bonis maternis, & haberet vim Carb.vt si possidet filius,& alius ageret contra eū dicens,eum non filium:tunc quęstio differtur,& interim remanet in possessione,sicut in Carb.vt l.iij.§.amissum.s.eo. Itē quęro dicitur hic,si sit quæstio simul de bonis paternis,& maternis,& fraternis,quæro vtrū habeat locum missio ex hoc edicto.& videtur q; sic:arg.j.e.l.si impubes.§.si pupillus. Contrarium tenet gl. q; omissio non habet locum nisi in paternis.& ad legem contrariam,respondet vt in glo.quod not.

Ita demum. In textu ibi:explicandum erit.hoc est verū ex hoc edicto,sed ex constitutione quæstio differtur:vt s.proximè.& in l.iij.§.quāuis.s.eo.tit. vel hoc expediebat pupillo.

Qui pupillo. Nota tex. ibi: hæc enim possessio pro satisdatiōe cedit.habes hic q; missio in possessionem habet vim cautionis.Simile in l.si finita.§.elegāter & §.seq.j.de dam.infecto.

1 ☞ *Quando ille qui debet habere alimenta, debeat habere expensas studij.*

Non solùm. Not.tex. ibi: in studia,&c.No.† q; ille, q; debet habere alimenta,debet habere etiā expensas in studio.simile s.vbi pu. edu. de l.qui filium. contrarium habuistis s. de alí. & cí.le.l.legatis. Ego respondi ibi aliud, cū debētur ex dispositione testatoris: aliud cùm ex dispositione legis.Dices tu quod hic §.facit contra id quod dixi s.de colla. bo. l.j.§.nec castrense.Dixi q; pater non tenetur impēdere in studio filij.Sed respōdeo,tex.iste hoc declarat q; hic loquitur in studijs necessarijs,sine quibus homo secundum consuetudinem,& conditionem suæ personæ,viuere non potest,vt addiscat grammaticam,& similia:& tunc dicitur impensa necessaria,vt hic.Sed secus in studijs,in quibus homines dicuntur militare, & sine quibus quis potest honestè viuere secundùm conditionē suæ personæ:quo casu dic vt ibi dixi.

1

a Ibi dixi. Supplicū differunt ꝓpter partum & propter mulierem lactantē.& facit qđ habet in l.ij.§. si non propter. si q; cau.& ibi doct.

Post pubertatem. Est hic bonus casus, & ponit optimam practicam et habes hic q; de petitore fit reus,si vult satisdare etiam post pubertatē. Sed quid si neuter vult satisdare? Dicit gl. respondeo,ex his quæ no. s.eo.l.sed & si is.§.quoties.& §.cum autem.vbi dicitur q; possessio debebit dari cuidam curatori bonorum,& apud illum sequestrabitur.Ad quod facit l.postq̄.§.Imperator.vt leg.nomi.caue. sed in possessione data curatori bonorum,quis sustinebit partes actoris? Respond.ille,qui ab initio sustinebat antequam daretur Carbo.bono.pos.arg.l.si oleum.in prin.s.de dolo.& dixi in l. interesse.j.de acqui.pos.

Si impubes. Circa princi.dicitur, simile Carboniano. Dicit gloss.quare dicit simile Carboniano? & non respondet. Tu dic,Carbonianum edictum principaliter videtur inductum propter liberos legitimos,& naturales:& ideo cùm loquitur de filijs adoptiuis,non videtur q; propriè hoc edictū habeat locum.Hoc nō placet:quia cū hoc edictum sit inductū ad similitudinē bo. pos.contra ta.vt s.eo.l.j.§.j.& illud in adoptiuis habet locū:ergo & istud habebit locum.Sed quare hic dicit simile? Rn̄.quia hoc olim ponebatur cum quadā solennitate,quæ hodie cessat,& sic habet locum Carbonianum,ad similitudinem antiquæ solennitatis,cū qua Carbonianū proponebat,vt habuistis no.s.eo.l.ideoq;.& s. de ven.inspi.l.edictū. Itē dicit hic,locus erit Carboniano edicto. cōtra:imò nō habebit locū Carbonianū:quia cōstat eū filiū:vt j. ꝓxi.Sol.Intellige hic de Carboniano vtili,non de directo,vt ibi.

Cum verò. Quærit gl.quid est hoc qd' dicit, de iure testamenti.& non respondet. Sed dico q; in q̄rela inofficiosi testamēti,nō fit quæstio an sit filius,sed an valeat testamentum vel non:& sic an excludatur à bonis.est ergo quæstio de bonis tantùm,& non de statu:ideo non debet differri: & ita loquitur hic §.pone q; filius agens quærela negat̄ filius, quid erit fiendū? Rn̄.nō poterit fieri missio in pos.ex Carb.sed ex constitutione,qua quæstio status differt̄.& si iste obtinebit in q̄rela, posito q; sit filius,habebit necesse petere hæreditatem ab intestato:& tunc si opponet̄ sibi qō status,habebit locum Carbo.sic debet intelligi hic & l.q de inofficioso.s.de inof.test.

Si mater. Contra.s.eo.l.j.in fi.Rn̄.hic agebatur cōtra matrem tm̄:ibi verò contra matrem & filium,vt ibi dixi. Item opp.s.eo.l.iij.§.ibidē.Sol.Debetis pōnere hic matrem esse maiorē xxv.annis.secus si sit minor,vt in contrario:quia est verisimilius maiorem diligētius causam defendere.q̄ si esset minor.Item secus si mater esset grauida,vt dixi ibi plenè s. eo. l.j.in fi.& vide gl.quæ incipit,imò nunq̄ &c.& ipsam signa.

Quoties. Ad primū dictum opp.qd' cōtradicat sibiipsi: quia dicit,cū interponit̄ Carb.perinde est,acsi non esset cōtrouersia status.Sed tūc cōtra:q̄a si nō esset cōtrouersia,nō habet locū Carb.Gl.soluit.Itē opp.q; sufficiat q; vnus pro parte defendat vt l.si qs putās.§.si dāni.s.cōi diui.dicit gl.hoc iō: q̄a ꝑsona defuncti inspicit̄,cū qua est cōtrouersia: vt l.apud Iulianū.ex qui cau.in pos.ea.ibi:quasi cū eo contractū,&c. & l.j.§. fi.& l.ne in plures.de exercito.& l.si cū vno.s.si ex noxa. cā aga. & l.si noxali.s.de pec.Hęc sol.nihil ad ꝓpositū:quia in actis diui duis sufficit quēlibet hæredē defendere pro parte sua:vt l.iam tm̄ §.pe.j.iud.sol.Ad hoc facit l.ij.§.fi.j.de præto. stipula. Item facit l.hæredes.§.an ea.fami.ercis.sed leges allegatæ in glo.loquuntur

Universidad de Deusto
Biblioteca

Secunda Bartoli ſuper Infortiato.

a ¶Quæſitū.Declara vt ꝙ Bal.i l. fi. ī viij. col.in ỹ, ſed hic quæritur in bo. poſ. quæ tribuit.C. vnde legi.

b ¶Nota hic caſum. An ad hoc vt teſtm̄ recōualeſcat de iure prætorio, requiratur approbatio filij, expreſsè Bal. in hoc tenet cōtrarium in l.fi. C. vnde legi. & in l. ij. de cōtra tab. & in l.j.C.d e fuis leg.videlicet ꝙ ius dicendi nullū nō tollat̄ anno & oēs cōiter contra Bar.in d.l.filio prætorito.

c ¶Cū ſine.Limita vt per Bald.in l.j.C.eo. t

in alijs caſibus. Quare dic ꝙ in caſu noſtro ratio eſt:quia miſsi in poſſeſsionem deſendunt tanquā curatores bonorum : vt ſ. eo. l.ſed & ſi is.§.j.& videbitis j.eo.l.pe.& vlti. Sed ſicut curatores bonorum debent in ſolidum defendere:vt l.vlt. de cura.bo.dā.& ita iſti debent inſolidum defendere.

Interdum. Dicitur hic,ꝙ ſi non petijt contra tab. ſed vnde liberi,&c.Glo. opp.& ſoluit. tene primam ſolutionem datam in ea.

Si pupillus. Vides hic quando fit contentio de bonis liberti & patris ſimul & ſemel,queſtio ſtatus differt.Et eſt ratio:quia vna cōtentio ſequitur ad aliam:vt l.j.in princ.

☞ *An filius præteritus,qui tacuit per annū,faciat reconualeſcere teſtamentum de iure prætorio.*

a **Quæſitum.** [a] Hic eſt no.§.& difficilis, & de ipſo feci magnum feſtum.Ad primum caſum op po.ſi non fuit filius : ergo non debuit dari Carbo. vt ſ.eo.l.iij.§. cauſæ.Solu.Hic fuit modica præſumptio pro eo:ita ꝙ fuit data Carboniana licet in veritate nō fuit filius:ſed tūc quomodo dabitur ſecundū tabu.cū interim habeat̄ pro filio propter illā modicam preſumptionem,& habet̄ ꝙ filio,ac ſi nulla controuerſia fuerit:vt ſ.ea.l.§.quoties.& quæſtio ſtatus differt̄? Reſpon. ſecundū iura hodierna,ſecundū quæ ſufficit ſola agnitio, eſſet expeditum:quia in Carbo.non quæritᵘ an ſit filius: vt l. vlti.C. qui admit.ad bo. poſ. ſecūdū tempora Digeſtorū eſt dicendū idem ꝙ qñ fuit data ſecūdum tabu.non fuit queſitū an ille filius eſſet præteritus vel nō : quia non fuerat data in forma iudicij:vt l.iij. §.acquirere.& ibi no.de bo.poſ. & ſic habebit iſtū effectū : quia iſte,qui habuit bo.poſ.ſcdm tab.aget bo.poſ.hære.pe.poſt tēpus pubertatis ex vigore illius bon. poſ.habitæ intra tempus pupillaris ætatis.quā bo.poſ.hodie conſtat habuiſſe effectū,cū cōſtat illū pupillū in veritate filiū non fuiſſe. Venio ad ſecūdū caſum, ſi filius non petit cōtra tab.tunc dat̄ ſcdm tab. Contra hoc opp. ſi filius nō petit cōtra tab.ergo poſſeſ.Carboni.nō proderit:quia actionē intentare non poterit,niſi ordinariā bo.poſ.agnoſcat:vt l.iij.§.pe.& fi.ſ.eo.Sed cū impoſsibile ſit ꝙ ordinariā agnoſcat: quia excluſus ab ea:ergo &c.cū cōſtet illū filiū,ꝙ eſt excluſus à cōtra tab.nō poſſe habere bo.poſ.poſito ꝙ quis eū filiū cōfiteat̄: ergo Carboniana nō debebit dari:vt j.e.l.cū ſine.& ſ.de inoffic. teſta.l.q de inofficio,Solu.dic vt ſ.eo.in l.ideo. Nā licet filius ſit excluſus à contra tab.tm̄ pōt ad eas reuertī per reſtitutionē in integrū. Ita ſentit glo.hic in tertio caſu. Nā ſi deficeret oīs ſpecies, deficeret Carbo. Venio ad tertiū caſum,in quo habes ꝙ fuit prę teritus filius ſuus:ideo cū dicendo nullū poſſet venire per vnde liberi:& ſtetit anno ꝙ non petijt vnde liberi:ex hoc ſcriptus hæres pōt petere ſecundū tab. qa ille præteritus tacendo per annū videt̄ approbare teſtm̄:vt l.filio p̄terito.ſ.de iniuſto teſta.& ipſe pupillus pōt petere Carbo.ſi eſt intra annū à tēpore quo eſt ſibi
1 mota quæſtio ſtatus:vt ſ.eo.l.iij.in fi.Nota† hic caſum [b] expreſ-
b ſum cōtra Vltramontanos,q dicūt ad hoc vt teſtm̄ recōualeſcat de iure p̄torio,requiriᵗ approbatio filij.Ego dico ꝙ taciturnitas per annū videt̄ teſtm̄ confirmare,vt poſsit peti ſecundū tab. vt hic.quod tene menti.& hoc not. qa habet locū etiā in petitione hære.qd̄ eſt cōtra dicta Vltramontanorū,in l.ij.C.de poſth. hære.inſtit.dixi in l.filio p̄terito.ſ.de iniuſto teſta. Hoc præmiſſo,ſi filius eſſet excluſus,ſequit̄ ꝙ ſi quis cōfiteat̄ eū filiū, cū ad ſucceſſionē venire nō poſſet,ſibi nō debet dari Carb.vt j.eo.l. cū ſine. Rñ.pōt venire ad ſucceſsionē p reſtitutionē in integrū . Et hoc dicit gl.pupillus poſſet reſtitui.Ex quo ſequit̄ ſucceſsio à maiori,ꝙ nō poſſet reſtitui tacendo;: qa videt̄ teſtamentū approbare taliter ꝙ poſt nō poſſet dicere nullū.quod tene menti. Oppo.ꝙ ex teſtamento,quod eſt nullum,non poſsit adiri hæreditas, nec bo.poſ.ſecundū tab.peti:vt j.tit.j.l.hi demum.& ſ.de bono.poſ.l. non eſt.§.vbicunq;.Sol.Hic filius non dixit nullum.ſecus ſi dixiſſet. Item dicitur hic,ꝙ habet locū Carbo.bo. poſ. ſecūdū tab. contrà,Carbo.datur ad ſimilitudinē bo.poſ.contra tab.vt l.j.§.j. ſ.eo.ſed contra tab.& ſecundū tab. non concurrunt.j. tit.j.l.ij.§. expectandi.Gl.ſol.Tu dic clarius,Carb.bon.poſ. eſt inducta ad ſimilitudinem bo.poſ.contra tab. hoc eſt vt illis competat Carb. quibus competeret contra ta.ſi eſſent præteriti:ſed bene poſſunt reperiri caſus,in quibus competeret Carb. bo. poſ.non tm̄ competeret contra tab.& ita hic. Item eſt differentia inter Carb.& cōtra tab.quia vna tribuit ius:alia non.

Deceſsit. Nota hic quando conſtat aliquem eſſe inter liberos,dubitatur tamen de aliqua qualitate. ſcilicet an ſit in poteſtate,vel non:tunc habet locum Carb. poſſeſsio ex ſententia,non ex verbis.

Cum mulier. Dicitur hic quod ventri dat̄ bono.poſ.ex Carb.contra.ſ.deven. in poſ.mit.l.j.in prin.Solu.expone ex Carb.l.ex edicto de ven.in poſ.mit. Item dicitur in ver. ne autem. qd̄ mater non aufert pupillo ius ordinarium.contra:imò etiam nec extraordinarium aufert:vt ſ.eo.l.j.§.fi.& l.iij.§.penul. ſ. de iure iur.Sol.Concedo quod pupillo non aufertur nec ordinariū, nec extraordinariū,ſed matri præiudicat partui, quando petit ſe mitti in poſſeſsionem nomine ventris,licet contra not. ſ. de ven.in poſ.mit.l.j.§.ſi cui.dic vt ibi.

c **Cum ſine.** [c] Dicitur hic ꝙ exhæredatus non habet Carbo.quia ſi aliquis confiteretur eum filium,non admitteretur.contra. ſ.eo. l.ſi impubes.in fi.vbi cōſtat quē eſſe excluſum ab illo iure:& ſic ſi aliquis confiteretur eum filiū:non admitteretur:& tamen habet Carbo.Solu. Ibi poteſt admitti per reſtitutionem in integrum:& ſic de iure prætorio.Nam per Carbo.prætor ſibi ſubuenit.ſed hic non poteſt admitti,niſi per querelam : & ſic de iure ciuili.vnde prætor non ſubuenit ſibi, niſi priùs intentata querela. Vltimò hic nota quòd intereſt mea pronunciari me fratrem propter hæreditatem fratris : & ſic not. ad id,quod dixi de actionibus præiudicialibus:quia poſſum me petere pronunciari fratrem,vt dixi ſ.de ven.in poſ.mittē. l. vbicunque.§.primo.

Scriptus. Nota caſum,in quo hæreditas non adita tranſmittitur quod dic plenè in l. ventre. de acquir.hære.

Eltia. Dic plenè de materia huius,vt ſ.eodem.l. prima,in fine.

Quæritur. Quæro quid in poſſeſsionibus vacantibus.Puto quòd debeat interim mitti in poſſeſsionem,ſi paratus eſt ſatiſdare,vt ſic poſſeſſoris partibus fungeretur : vt ſuprà eodem. lege qd̄ de bonis.§.fina.

1 ☞ *An miſſus ex Carboniano poſsit agere.*

Sed ſicuti. Opp.quod miſſus ex Carb. non poſsit,res vendicare,vt ſ.eo.l. iij. §.miſſum.Dicit glo.quod ibi agebat contra principalem aduerſarium:hic contra alios debitores. & & bona,& ipſam approbant doct.in l.aditæ. in iij. op.C.de ord.iud.Vel dic:dicit glo.hic ſatiſdedit : ideo agit cōtra particulares poſſeſſores,tanquam curator datus bonis.& eſt ve-
1 ra:& iſtam opin.tenet Cy.C,eodem.l.prima.De hoc † an miſſus ex Carbo.poſsit agere,habetis in l.prima.in principio. ſ. eod. & l.iij.§.miſſum.& l.ideoq;.&.C.de ordi.iudic.l.prima.in vj.qō.& C.eodem.l.j.ſ.de inofficio.teſtamen.l.qui de inofficioſo.Et ideo pro declaratione omnium iſtorum reaſſume.Aut quis incipit agere antequam ſibi ſtatus quæſtio moueretur & tunc poſtquam quæſtio ſtatus incipit ſibi moueri,poteſt omiſſa prima quæſtione Carb.bo.poſ.petere.& ꝙ differatur queſtio ſtatus in tempus pubertatis,non diſtincto an prius agebat petitorio,vel poſſeſſorio,vt ſ.eodem.l.j.in princ.licet glo.aliter ibi dicat. Ita debet intelligi l.iij.§.parui.ſ.eo.& ita poteſt intelligi.ſ.eo.l.iij.§. pe.ſecundùm lectu.quam dedi ibi.Aut vult agere poteſt petitam bo.poſ. et tunc aut agit contra principalem aduerſarium,aut cōtra alios particulares debitores,vel poſſeſſores.Primo caſu,aut agit poſſeſſorio;& poteſt:vt ſ.eo.l.iij.§.miſſum.& §.parui.ea.l. ſecūdum lect. glo. Aut agit petitorio:& tunc ſi quidem vult agere tanquā Carbo. poſſeſſor, vt illa ſummaria probatio, quæ fuit habita in Carbo.ſibi proſit in hoc iudicio:& non pōt:vt d. l.iij. §. miſſum. Si verò vult agere directa petitione hæreditatis,& probare ſe filium:& tūc poteſt:vt dicto.§.miſſum.Si verò vult agere contra alios debitores,ſeu particulares ſucceſſores: & tunc aut non ſatiſdedit:

Universidad de Deusto

tis dedit:& non potest,vt hic à contrario sensu:& l.sed & si is. §.j. §.eo. Aut satisdedit:& tunc aut vult agere tanq̃ hęres:& nõ põt, ne fiat præiudicium petitioni hereditatis:vt d.§.missum.& l.si qs libertatem.§.de pet.hær. Aut vult agere tanq̃ curator datus bonis ex vigore satisdationis:& potest,vt hic,sed'm vnam lec.vt d. l.sed & si is.§.j.& ij.& iij.§.eo.

De bonorum possess.secundum tabu. *Rubrica.*

Dictum est de bo.pos.contra tab.verũ quia est alia bonorum possessio,quæ vocatur sed'm tab.quæ non habet locũ donec potest intentari contra tab.vt j.eo.l.ij.in prin.& §.j. ideo post titulũ de bo.pos.contra tab.sequitur de bo.pos.secundùm tab. Quęrit gl.quare in Codice primò posuit bo.pos.secundùm tab.et hic postposuit.Dic vt hic in glo.

1 ☞ *Instrumentum publicum potest scribi in chartis de papyro.*
2 *Instrumentum scriptum in tabulis de ligno probat.*
3 *Scripturæ antiquæ in lapidibus probant, quando fuerunt scriptæ de partium voluntate.*

LEX I.

TAbulas. Quæro vtrum sit differentia qbus verbis quis vtatur.Glo.q̃ nõ,& bene,vt l.hac consultissima.in fi.& l.quoniam.C.de test.Item dicitur hic q̃ non refert in qua materia
2 hoc fiat. Quæro quid' si scribatur in tabula de ære:Rñ.sufficit,etiam si in lapide scribatur. Quęro quid si in ter
1 ra scribatur? Respon.si sigillari põt:sufficit. Ex hac†lege extra gl.no.q̃ instrumentum publicum potest publicari in chartis de
b papyro^b,vt hic,dum dicit,chartis:quia chartæ dicuntur de papyro:vt §.de leg.iij.l.librorum.& extra,de confir.vti. vel inuti. c. cũ dilecta.& in Spec.de instru-edi.§.postremo. ver.item qd' est scri
2 ptum.Secundò nota q̃†si in tabulis de ligno scribantur instrumenta publica,eandem fidem portant,sicut si in chartis scriberẽtur,vt hic,dum dicit,siue lineæ sint.Pro hoc §.commo.l.in commodato.§.ergo si pupilla.& hoc ibi tangitur per Guliel.de Cug.

Vltimò ex quæstionibus glos.quæ dicunt q̃ possunt scribi in
3 terra,vel lapidibus.facit in arg.†ad quęstionem q̃ scripturis antiquis factis in lapidibus debeat credi.& hoc est verum, si fuit scriptum de partium voluntate.Pro hoc est tex.& gl.C.de relig. l.monumentorum.in fi.Pro hoc qd' no.in Spe.de proba.§. nunc videndum.ver.ix.

1 ☞ *Testamenta duo eodem die confecta si producuntur,nec apparet de prioritate uel posterioritate,cui debeat stari.*
2 *Si duo testes deponunt quòd Titius occidit Seium:alij duo quod Sempronius occidit Seium,an ambo puniantur.*

c Non autem. 'Opp.de l.qd' dicitur.§.de test.mili.vbi solus cursus anni irritat tabulas.Sol.Speciale ibi in milite.Item oppo.C.de testa.l.sancimus.vbi cursus decẽnij mutat testamentum.So.Ibi fuit cursus decennij cum reuocatione facta,licet minus solenniter: sed hic nulla fuit reuocatio.

1 Quærit†glo.^d quid si producuntur duo testamenta eodẽ die
d confecta,nec apparet quod prius,& quod posterius,quærit cui debeat stari.Glo.no.hic plene.& C.de edic.diui.Adri.tol.l. fi. & Rof.ponit quasi idem super hoc tit.in fi.sed docto.videntur dicere sic:Si quidem illa duo testamenta fuerunt facta subvna sigillatione,est vnum testamentum,& ambo veniunt ex testamẽto: vt j.ea.l.§.si quis in duobus.& de tab.exhi.l.locum.§.j. Si autem sunt diuersæ sigillationes,non tamen apparet quæ prius, & quę posterius:tunc Azo & Hug.dicunt quod nullus eorum sit hæres.quòd Dy.tenet:quia est dubium de viribus testamenti: ergo non potest adiri hæreditas:vt l.sed & si de fua.§.de acquir.hære.
e & hoc placet:'sed recipit duas determinationes.Primò secundũ Jaco.Burri.vt sit verum quando neuter possidet:sed si alter possidet,ille obtineret,& actor succumberet.Nam actor debet probare testamentum suum esse factum posterius,quo non probante succumbit.Pro hoc l.eum actum.& quod ibi no.§.de neg.gestis.& l.matrem.C.de proba.& l.non solum.§.sed vt probari.j.de ope.no.nun.Secunda limitatio qd' prædicta sunt vera, quando instituti sunt paris conditionis: quia nullus erat de venientibus ab intestato.Si em̃ in vno essent instituti extranei,in alio venientes ab intestato:tunc debemus præsumere in dubio pro venientibus ab intestato::arg.§.de contratab.l.si duobus.§. si prius. &.l. hac consultissima.§.si quis.C.de testamen.Et pro hoc l.vlti.in fi.
C.de codi.Pro hoc facit vrgens ratio: quia
a si neutrum illorum testamentorum valeret venientes ab intestato venirent:vnde si volunt venire ex testamento secundũ defuncti voluntatem tutius est eos admitti pro cõ
b seruanda defuncti voluntate.Tertia limitatio est:quia prædicta sunt vera in pagano, qui non potest decedere pro parte testatus, & pro parte intestatus cum duobus testamẽtis:vt l.si certarum.& l.quærebatur.§.de test.mili.secus si esset miles:quia posset de-
c cedere cum pluribus testamentis. Itẽ fa-
2 ciunt ad†q.si duo testes deponũt q̃ Titius occidit Seiũ:alij dicunt quod Sempronius occidit Seium. Ex prædictis potest solui q̃ si diuersificant in tempore:quia duo dicũt quod Titius occidit de mense Aprilis: alij q̃ Sempronius occidit de mense Maij. tũc isti sunt contrarij:vt l.j.secundum vnã lect. C.qui accu.non pos.& sic vel neutri stabit: vel eligentur digniores sed'm l.ob carmen. §.fi.§.de testib. Si verò non diuersificant in tempore, sed simpliciter duo dicunt quod Titius occidit Seium:alij duo dicunt quod
d Sempronius occidit Seium:tunc cùm possibile fuerit quod ambo simul occiderunt Seium ambo punientur, per ea quæ suprà. dixi.

1 ☞ *Solemnitas testamenti quando sufficit quod probetur per duos testes,& quando septem requirantur.*
2 *Appellatio quæ fuit interposita in scriptis,si est deperdita,potest probari per duos testes.*
3 *Publicatio testium quando fit,scire est quod iudex dicat dicta eorum pro apertis habenda.*

Sufficit. Dicitur hic, sufficit tabulas extare,licet non proferãtur.

qui promittit facere aliquid alicui debet facere ſuo victu, niſi conſuetudo patriæ aliter ſe habeat: vt l. except. & quod ibi no. C. loc. Oppo. ad l. ſuo victu. de l. operæ. l. pe. in fi. j. e. Sol. Ibi dicitur q̄ libertus debet facere ſumptus patrono: verū eſt, ſi patronus habet vnde ſe alat. aliâs ſecus: vt l. ſuo victu. † Vltimò in l. ij. quod niſi. in fi. no. ar. quia medicus, qui vadit ad aliquē locum pro tanto ſalario in die, debet habere ſalarium tempore itineris.

a **QVm patronus.** Not. tex. in fi. ibi: in omnibus operis.

MEdicus. Iſta eſt bona lex, quā no. & tene menti.

b **SI operarum.** ᵇ Nota iſtā gl. pro iure patronatus. & ponit Cy. in l. monumenta. C. de leg. Bar.

SI libertus. Vide legē, quā oēs ſciunt q̄ nō obſtante iuramēto reducitur ad arbitrium boni viri. h. d. in ſumma. & not. tex. ibi: omnes, &c. Barto.

QPeris. Iſta lex allegaſ ad materiam l. cū de in rem verſo. ff. de vſuris. & ad l. ſi certis annis. C. de pac. Barto.

QVi libertinus. Iſtā legē habes declaratam in l. j. §. quæ one randæ. j. qua. re. actio nō detur. & vide q̄ licet aliquis iurauit prēſtare operas, eſt verum. & intelligitur niſi legitima liberatio interuenerit, vt hic, & l. fin. circa prin. j. ad muni. & l. fi. ſ. qui ſatiſdare cog. & l. vlti. C. de non numera. pecunia. Not. tex. in fi. huius legis q̄ licet exceptio principalis proſit fideiuſſori: tamen eſt ſecus in expromiſſiōe, vbi fuerit color quæſitus: vt l. ſed Iulianus. ſ. ad Macedonia. Barto.

De bonis libertorum. *Rubrica.*

LEX IIII.

SI necem.

Si deportatus. Quid in exbannito. De iſto exbannito dixi in l. ex facto. §. ex facto. ſ. ad Treb. Bart.

SI verò non habuerit. Nota pro q. ſtatuti Tuderti vbi cauetur quòd ſi ab aliqua ſententia fuerit appellatum: niſi poſſet dici in ſyndicatu iudici ſententianti. Modò
c vnus appellauit: iudex appellationis pronunciauit appellare non poſſe in ſyndicatu. dedit libellum iudici ſententianti. ille dicit, nō potes dare: quia appellauiſti dicit iſte; mea appellatio nō habuit effectum: ergo non præiudicat mihi. verum dicit. Et ita conſultum fuit, poſtquam appellatio non habuit effectum: vt ar. huius l. in prin. & l. licet. vt leg. no. ca. & l. quod pupillæ. ſ. qñ dies lega. cedit l. hæc conditio. ſ. de condi. & demon. & l. ea quidem. C. ſi manci. fue. alie. Barto.

d ˢ **I ex patronis.** ª

Iulianus ait. Nota de ſupplemento. Secundùm iſta tēpora repellitur exhæredatus à contra tab. Barto.

QVod ſi pater. Filius nocet nepoti in his, quæ ad eum ex perſona filij deſcendunt, & in his, quæ per ipſum filio acquiruntur. hoc dicit tex. Barto.

ˢ **I patronus.**

Si quis cùm eſſet. Vide quod oportet quòd in poſitione ponas quòd talis fuit exhæredatus, & mala mente: nec ſufficit dicere quòd fuit exhæredatus. Barto.

e **EIlius.**

QVi cùm maior. In verſicu. ſed ſi minor. Quādo finis habet neceſſariā conſequentiam, non eſt facilis. Barto.

Si libertus. Tene menti iſtum tex. cum gl. quæ incipit, quaſi ſocium criminis. Bar.

Si patris. Vide glo. quæ incipit, quæ verè erat. per hanc glo. dicimus tota die quòd quādo iudici eſt notorium ſuper accuſatione non fore procedendum: quia exbannitus eſt occiſus, vel accuſator dicit, accuſo talem clericum: tūc poteſt iudex ex officio ſuo accuſatorem repellere, vt plenè dixi j. de pub. iud. l. pen. §. ad crimen. & remitto te ad ea quæ ibi dixi. tene menti. Barbo.

Accuſaſſe. Hic §. allegatur in quæſtione mea, quam diſputaui q̄ incipit, iudex per imperitiā. Bart.

IN ſeruitutem.

IPetiiſſe. Iſte §. eſt cōtra l. amplius non peti. j. rem rat. hab. Sed dic vt ibi dixi, non obſtante quod ponit Cy. in l. criminali. C. de iuriſ. om. iudi. Barto.

SI patronus ex minori. Si iſta lex eſſet alibi quàm hic, eſſet aliud fiendum: quia tractat materiam in l. eum qui. & l. contra maiores. C. de inoff. teſta. & l. j. C. de fur. Opp. de l. ñ. C. de pe. hære. Sol. Dy. dicit contra tab. & falſum, quia ſunt contraria origine & effectu. Origine: quia falſum dicit teſtamentum factum non fuiſſe contra tab. non effectum: quia falſum reducit omnino ad caſum inteſtati: contra tab. non: vt l. ſi contra. ſuprà, de vulg. & pup. ſed in lege contraria non ſunt contrarię origine & effectu: vt l. filio. §. fi. Origine concordat & effectu. ſed opponi. C. de inof. teſta. l. eum qui. Solu e vt ibi.

SI libertus ſub conditione. Dixi in l. in quartam. & allegaui iſtum caſum multum; & non ſupplētur quarta de legatis, & de hæreditate.

Si libertinus. Ibi: veluti cùm teſtamētum fecerit. Not. q̄ conditio, ſi fecit teſtamentum, eſt poteſtatiua, & non poteſt vltimo vitæ ſpiritu impleri: nec eſt opus in ſui defectum adire hæreditatem. & gl. in l. ſi quis ita. de hære. inſti. non facit mentionem. doc. bene allegant iſtum caſum in l. ſi pater. C. de inſti. & ſubſti.

IIberto. Ibi: nam & ſi legem. Nota quòd hic eſt caſus de eo de quo dubitauit gloſ. in l. ſi fundus. ſ. ad l. Falcidiam. Bart.

f **PAtronus.** ᶠ

PLibertus, qui ſoluendo. Opp. inter eſſe affectionis non debet conſiderari: vt l. pretia rerum. ſ. ad l. Falcidiā. & l. eius ſerui. eod. titu. Solu. intereſſe conditionis conſideratur in hoc, an actio detur vel non, ſed quantū ad hoc vt augeatur, actio non conſideratur in contrariꝭ. Quæro, iſta lex procedit ſecundùm iſta tempora, quando patronus debet habere quartam cū ære alieno, Sed cum hodie debet habere patronus ſine onere, vt in §. ſed noſtra. Inſtit. de ſucceſ. libe. quomodo poteſt procedere iſta lex? & per conſequens quæro quid in filio, cui debetur quarta ære alieno deducto, & funeris impenſa: vt l. Papinianus. §. quarta. ſ. de inofficio. teſta. Cogitabitis.ᵍ

g h **SI libertus patrono.** Nota iſtum tex.ʰ

SI patronum.

Si ex bonis, quæ mortis. Iſte §. videtur cōtra l. ſerui

seruiqui apud hostes.ff.ad legem Falcidiam & no. istum tex.

P Aulus respondit.

Paulus respondit, quãuis filij. Nota q̃ præteritio,quæ habet̃ pro exhæredatione.nõ propriè est exhæredatio.

Nihil interest. No.ibi, faciliorque suspicio.q̃ in filio præsumitur facilior suspicio,quàm in alio.Istum tex.allegaui ad q.in l.post contractum.j.de dona.& in l.filiæ meæ.s.so.ma.Bar.

De assignandis libertis *Rubrica.*

ASsignare. Ex ista lege coniuncta l. j. §.assignare.suprà eodem titulo.fundat glossa dictum suum, quòd in testamentis potest fieri contractus.Et ita vidistis glos. in l. hæredes palam.in fi.ff.de testa.Barto.

Liberi. Vide verba senatusconsulti. ff. in l.j.§.assignare.Ex ista lege habes duo ibi,quòd ille manumissus,qui habet libertum,potest assignare:& ille,cui est assignatus est perinde,ac si manumississet. tamen vides quòd ille,qui est assignatus,alteri non potest assignare,vt hic:& sic dices,perinde acsi, &c. & nõ est idem quòd si manumittat verè.& nota in rubrica de assignan.lib.pro statutis:quia dicunt,perinde sit ac si fecisset,&c.Tene menti istã leg.

s Vb conditione.

Si vni. Iste §.facit ad quæstio.in l.ij.ff. si pars hære.peta. & l.planè la.j.§.si coniunctim.ff.de lega.j.

Si quid in fraudem patroni factum sit. *Rubrica.*

LEX I.

SIquid dolo malo. In versic.quod si in lite.vide quod dum dicit, vel in iure confessus non petit data opera, statim confitetur, & videtur opera data facere. quod est nota. Et an confessio præsumatur facta in fraudem,dicam j.ea.l.§.si mutuam.

Si mutuam pecuniam. Vide quòd querela inofficiosi videtur quodãmodo ad vindictam competere, vt actio iniuriarum. & vides hic no.imò magis expressum quòd stipulatio, qua promitto tibi dare centum ex causa mutui,quæ confiteor me accepisse,nõ probat mutuum valere.& ideo quãdo est procurator factus ad recipiendum pecuniam mutuo:non obligatur dominus si confitetur se accepisse,nisi dicat in instrumẽto,& in veritate recepit & sibi mutuauit.Et facit pro hoc in l.non abstulit.C. de nouati. & j.de nouatio.l.j.& §.si cer.peta.l.eius.& reuoco in dubium.Si aliquis in iudicio confitetur se habuisse tantùm,an præsumatur fraus in ista confessione.Videtur quòd sic.ff.ea.l.§.quod si in lite.& in hoc §.Sed dicere possumus quòd quando quis promittvoluntariè in iudicio,vt quia dixit:Iste tenetur mihi in tantũ. & ille dixit quòd sic.secus si dedisset libellum,& actio esset.Nã præsumitur in fraudem:quia non videtur voluntariè facere. Et pro hoc facit quod dicunt doctores in l.j.C.de cõfes.in quæstione de procuratore.& dixi in l.centũ.§.sed an & ipsos.j.de cõfes.

Si fideiusit apud me. Et in versicu.ibi:oportet enim. Hic videtur casus quæstionis,quàm formaui tibi in l.fi.j.de his quæ in frau.credi. quando factus est procurator ad fideiubendum : si renunciauit beneficio de fideiusso.An videatur donare. Et dixi quod non. Pro hoc est casus hic.

LEX III.

s Ipatronus.

Patronum. Habui in ciuitate ista illud dubium: Filius institutus hæres agnouit hæreditatem: quæritur an possit agere querela inofficiosi testamenti, & donationem reuocare.Et opponebatur quòd nõ :quia est hæres patris: & sic non potest factum patris improbare: hoc est verum, nisi sit factum in sui fraudem:vt hic,& C.eo.l.ij. & ibi bona glos.& ibi dixi.

NOn videtur. Nõ potest agere querela filius,si eo præsente pater donauit. Barto.

¶ Istum tex.allegat pro sing.Sali.in l.cimus. §.repletionẽ. in vlti.col. C.de inoffi. testa & Ias. in l.cum quæritur.in prin. C. de inofficioso testamento.Tho.

COnstitutione diui Pij.Ista est bona lex,& contra istam legem videtur tex.quia pater in bonis filij, & filius,li eo præsente pater donauit. Barto. Et de hoc habes.C.eo.l.j.in vij.q.& per Cano.in capitu.Raynutius. extra de testamen.Barto.

Si tabulæ testamenti nullæ extabunt. *Rubrica.*

LEX vnica.

POstquam.

Si emancipatus filius. Vides q̃ si filius non dicit nullum:tamẽ si tacet, alij sequentes veniunt:cum ipso iure testamentum sit nullum. Allegant doctores l.secunda.C.de postliu.hære.instit. & dixi in l.filio præterito suprà de iniusto rup.& irri.test. & tene menti. Bartol.

Vnde liberi. *Rubrica.*

LEX I.

EMancipatus præteritus. In tex. ibi: nõ fuerit. & sic videbatur de iure prætorio intestatus.do.Bartolus.

SI quis ex his. In textu ibi:positum.& de hoc statim subijcit duo exempla. domi. Bartol.

SI pater filium. In text.ibi,decesserit intestatus relicto nepote in potestate aui & quadam alia filia in potestate ipsius fi.ij.

Scripto hærede. Quæ est ratio. Dic,si venit abintestato filius cum testamento patris. secus si ex testamento.Et dixi in l.qui in aliena.§.penul. ff.de acquiren.hæredita.

Vnde legitimi,& unde agnati. *Rubrica.*

INter agnatos. In tex.ibi:continetur.consecutiuè,non contentiuè. Hẽ ibi:non vtique agnati.consecutiuè,& fœminæ sic, sicut genus continet suam speciem.Bar.

Vnde cognati. *Rubrica.*

LEX I.

HAec bonorum possessio.

Proximus. No.quis propriè dicitur proximus propter statuta.

Si quis proximior. Not.quòd nepos conceptus, & natus post mortem aui, nõ succedit.Et de hoc feci vnam positionem,propter quandã matrem,quæ decessit post mortem patris relicto filio concepto,& nato post mortem aui,cuius hæreditatem mater non adiuit, & nepos volebat venire ad hæreditatem aui.& dixi q̃ non poterat,per istum §.& per l.si quis filio exhæredato.§. j. ff.de inoffi. rup.& irrit.testamen.Tamen istud est propter æquitatem, non ex sua persona:quia mater non aditam tranimittit. Et hoc tenet Dynus in decis.magna,quam feci super legatis,& dixi.ff.in d. l. si quis filio exhæredato.

SIspurius. No.pro statutis,quæ dicũt de sanguinitate q̃ cõsanguineus propriè est ex parte patris proximus autem ex parte patris, & ex parte matris.

De successorio edicto, *Rubrica.*

LEX I.

VCcessorium edictum.

Secunda Bartoli super Infortiato.

Universidad de Deusto Biblioteca

a ¶ No. glo. quæ est in §. sed videndum. quę est sing. secundū quā dicit Bal. sing. in l. licet. C. de iure deli. cō suluisse Bar. q̄ filia exclusa à successione matris ex testamento per lapsum xxx. annorū potest venire ab intestato intra alios xxx. annos, & adhuc elapsis his xxx. annis, & sic lx. quanuis sit exclusa à primo capite vñ liberi, adhuc intra alios xxx. annos post sunt venire ex sequēti capite. vide Alex. in l. quādiu. §. de acqui. hære. & ibi Iaſ. in l. ij. in fi. C. de iure & facti ignor. Tho.

b ¶ Consuluimus. Et ita Bar. in consi. xv. inci. quæritur vtrum gradus. & Fran. Tigri. subscripsit. & est in ij. vo. & illud consiliū Bar. alle. Alex. de Imo. in fi. in vlti. col. in prin. C. de suc. ed. & adde q̄ idem tenet Iaco. Bu. in d. l. fi. & ibi Bal. & Sali. & vide Pet. de Anc. in c. canonum statuta. in vij. char. de cō stit. & Ange. de Are. in §. fina. Institu. de gradib⁹. & scripsi in additio. meis plenè in dicto consi. quas citò habebunt ipressores. Tho. Di. I. D.

f ¶ Non succedit: quia &c. Sed contra Bar. expresse firmat Bal. in c. j. an princ. de suc. feu. nisi statutum esset per consuetudinē aliter interpretatū. et ita refert se plures consuluisse. & habetur per eundem Bal. in l. ij. C. qui testa. face. pos. & in l. cū antiquioribus. C. de iure deli. per Vltramō. in l. j. C. quando impe. inter pu. & vidu. vbi tenuerunt prædictā opinio Bal. & cōtra Bar. etiā videtur tenere Ang. per illum tex. in l. in testamento. C. de testa. mi. ibi in contestatione filię &c. Et in hac materia consulunt Bar. & habeť per Imo. in l. cē turio. de vulg. & pu. & in c. cum tibi. de testa. ad fi. & Alb. de Ro. in quadā sua disputatione. & Bal. in l. in testamento. ff. de legi. tuto. & vide o. modo Bal. in ij. in fi. C. si pen. ap. mors inter. & Cy. etiā in d. l. ij. C. qui testa. fa. pos. cuius opin. etiam est secutus consulendo Imo. in consi. inci. in casu ꝓmisso primò discutiēdum est. qui successit, nisi probaretur aliter esse de cō muni vsu loquendi. & ita intelligit opi. Bar. hic Bal. in consi. incipi. in Christi nomine amen. si mater non extat tenet contra Barto. quòd non verificetur statutum in pupillo, nisi probaretur de communi vsu loquendi q̄d dicit esse difficile. in illo casu dicit quòd procedit opi. Barto. quòd Iurisconsultus hic non fecit fidem de tali vsu loquendi. & illud cōsilium recitat & sequitur Pe. de Ancha. statim post medium dicti consilij in versi. quid dices de patruo. & ibi etiam dicit se pro hac parte sæpius cō suluisse Bono. Et q̄ Barto. est solus. sed pro Barto. facit Iscian. C. de legi. hære. Pau. in l. generaliter. in prin. C. de institu. & substi. dicit q̄ dom. Christo. de Castil. & Fulgo. ibi pō derant tex. ibi quòd aliud est dicere, sine testamento: & sic cō firmat q̄ statutū, de q̄ hic ꝓ Bar. licet non habeat locū in pupillo, tū si statutū diceret. si discesserit sine testō „ vel ab intestato bene haberet locum: quia diuersa sunt d. l. generaliter. Pau. de cast. ibi subdit q̄ illi, qui tenent contra Bar. hic, non videntur bene pondera sse istū tex. nec etiā secundū eū Bar. Bar. bū ponderauit quia secūdū Bar. debet ꝓbari vsus loquēdi, sed secūm eū non debet ꝓbari: qa tex. hic vī velle q̄ pupillus hī ꝓ intestato & q̄ iura, quæ loquunt de intestato vendicēt sibi locū in pupillo. & ita dicit se pluries consuluisse, licet videať opi. dicti domi. Christo. fore cōtrarium: & in materia etiā vide Bal. in l. si arrogator. in antepe. colū. de ado. & Bal. omnino Institu. de hære. quæ ab inte. q̄ dicit q̄ statutum loquēs de decedēte ab intestato, & sic per aduerbiū, hō cōprehēdit intestabilē cōtrariū sentit Cy. l. ij. in vlti. q. C. qui testa. pos. & Gul. de cu. in l. j. C. qui Impa. inter pu. & per doc. in dictis locis. & ꝓ Bar. in cōsi. inci. in q. prędicta plura vidētur moueri dubia. et i cō si. inci. statuto vrbis veteris. et i cōsi. inci. puella &c. et i cōsi. inci. hęc ē copia et Ang. i cōsi. xxvi. et i cōsi. xxv. et i cō. ci. vbi oīno videt. et i cōsi. xcv. inci. Dei noie Romanus. alias Traian⁹. alias Iulian⁹. vbi vī trāsire cū Bar. et cū hac. exꝑsse trāsit Pau. de castr. cōsi.

a ¶ No. glo. quæ est in §. sed videndum. quę est sing. secundū quā dicit Bal. sing. in l. licet. C. de iure deli. cō suluisse Bar. q̄ filia exclusa à successione matris ex testamento per lapsum xxx. annorū potest venire ab intestato intra alios xxx. annos, & adhuc elapsis his xxx. annis, & sic lx. quanuis sit exclusa à primo capite vñ liberi, adhuc intra alios xxx. annos post sunt venire ex sequēti capite. vide Alex. in l. quādiu. §. de acqui. hære. & ibi Iaſ. in l. ij. in fi. C. de iure & facti ignor. Tho.

b ¶ Consuluimus. Et ita Bar. in consi. xv. inci. quæritur vtrum gradus. & Fran. Tigri. subscripsit. & est in ij. vo. & illud consiliū Bar. alle. Alex. de Imo. in fi. in vlti. col. in prin. C. de suc. ed. & adde q̄ idem tenet Iaco. Bu. in d. l. fi. & ibi Bal. & Sali. & vide Pet. de Anc. in c. canonum statuta. in vij. char. de cō stit. & Ange. de Are. in §. fina. Institu. de gradib⁹. & scripsi in additio. meis plenè in dicto consi. quas citò habebunt ipressores. Tho. Di. I. D.

f ¶ Non succedit: quia &c. Sed contra Bar. expresse firmat Bal. in c. j. an princ. de suc. feu. nisi statutum esset per consuetudinē aliter interpretatū. et ita refert se plures consuluisse. & habetur per eundem Bal. in l. ij. C. qui testa. face. pos. & in l. cū antiquioribus. C. de iure deli. per Vltramō. in l. j. C. quando impe. inter pu. & vidu. vbi tenuerunt prædictā opinio Bal. & cōtra Bar. etiā videtur tenere Ang. per illum tex. in l. in testamento. C. de testa. mi. ibi in contestatione filię &c. Et in hac materia consulunt Bar. & habeť per Imo. in l. cē turio. de vulg. & pu. & in c. cum tibi. de testa. ad fi. & Alb. de Ro. in quadā sua disputatione. & Bal. in l. in testamento. ff. de legi. tuto. & vide o. modo Bal. in ij. in fi. C. si pen. ap. mors inter. & Cy. etiā in d. l. ij. C. qui testa. fa. pos. cuius opin. etiam est secutus consulendo Imo. in consi. inci. in casu ꝓmisso primò discutiēdum est. qui successit, nisi probaretur aliter esse de cō muni vsu loquendi. & ita intelligit opi. Bar. hic Bal. in consi. incipi. in Christi nomine amen. si mater non extat tenet contra Barto. quòd non verificetur statutum in pupillo, nisi probaretur de communi vsu loquendi q̄d dicit esse difficile. in illo casu dicit quòd procedit opi. Barto. quòd Iurisconsultus hic non fecit fidem de tali vsu loquendi. & illud cōsilium recitat & sequitur Pe. de Ancha. statim post medium dicti consilij in versi. quid dices de patruo. & ibi etiam dicit se pro hac parte sæpius cō suluisse Bono. Et q̄ Barto. est solus. sed pro Barto. facit Iscian. C. de legi. hære. Pau. in l. generaliter. in prin. C. de institu. & substi. dicit q̄ dom. Christo. de Castil. & Fulgo. ibi pō derant tex. ibi quòd aliud est dicere, sine testamento: & sic cō firmat q̄ statutū, de q̄ hic ꝓ Bar. licet non habeat locū in pupillo, tū si statutū diceret. si discesserit sine testō „ vel ab intestato bene haberet locum: quia diuersa sunt d. l. generaliter. Pau. de cast. ibi subdit q̄ illi, qui tenent contra Bar. hic, non videntur bene ponderasse istū tex. nec etiā secundū eū Bar. Bar. bū ponderauit quia secūdū Bar. debet ꝓbari vsus loquēdi, sed secūm eū non debet ꝓbari: qa tex. hic vī velle q̄ pupillus hī ꝓ intestato & q̄ iura, quæ loquunt de intestato vendicēt sibi locū in pupillo. & ita dicit se pluries consuluisse, licet videať opi. dicti domi. Christo. fore cōtrarium: & in materia etiā vide Bal. in l. si arrogator. in antepe. colū. de ado. & Bal. omnino Institu. de hære. quæ ab inte. q̄ dicit q̄ statutum loquēs de decedēte ab intestato, & sic per aduerbiū, hō cōprehēdit intestabilē cōtrariū sentit Cy. l. ij. in vlti. q. C. qui testa. pos. & Gul. de cu. in l. j. C. qui Impa. inter pu. & per doc. in dictis locis. & ꝓ Bar. in cōsi. inci. in q. prędicta plura vidētur moueri dubia. et i cō si. inci. statuto vrbis veteris. et i cōsi. inci. puella &c. et i cōsi. inci. hęc ē copia et Ang. i cōsi. xxvi. et i cōsi. xxv. et i cō. ci. vbi oīno videt. et i cōsi. xcv. inci. Dei noie Romanus. alias Traian⁹. alias Iulian⁹. vbi vī trāsire cū Bar. et cū hac. exꝑsse trāsit Pau. de castr. cōsi.

Qui semel. a Nota de verbo noluit, q̄ ista verba, no lo bonorum possessionem petere, videntur habere vim repudiationis. quod videť vel le glos. in l. ij. C. de iure & fac. igno. & l. ij. §. j. ad Tertullianum. & in l. qui se patris. C. vnde libe. & dixi s. aliās in l. si quis. §. de iure deli. & intellige quod declarauit se nolle per repudiationem: vel pro tempore quod prætęrijt: intra quod poterat petere.

INferioris. Oppo. de l. j. §. si qs adita. j. ad Tertullia. & l. ij. §. si bonorū. & l. ij. §. ergo. s. de vulga. & pup. Breuiter ista est responsio q̄ si aliquis abstinuit se per restitutionem in integrum, sequentes, qui debent & possunt venire de iure prætorio, nunquam venirent, sed de iure ciuili tūc admittunť. Ista sunt verba Bar.

De gradibus & affinitatibus. Rub.

LAbeo scribit. Nota vtrum dicatur affinis mihi ille, q̄ est vir, vel vxor cognati, vel cognatæ meæ: hic habes textum quòd sic. Item habes q̄ per sola sponsalia cōtrahitur affinitas. Sed de hoc oppo. s. eo. l. non facile. §. sciendum. hic dicit quòd per sola sponsalia, & ibi quòd nuptię debent esse nuptię licitę: nō vt excludant sponsalia, sed vt excludant coniunctiones illicitas, & nepharias: vt l. non facile. §. affines. s. eo. & hoc de iure ciuili. De iure Canonico est totum cōtrarium: quia per nepharias nuptias contrahitur affinitas: vt no. in d. §. affines, & Canonistæ norāt in arbore affinitatis. Et per boc fuit quæstio, quod hic est statutum q̄ non posśit esse aliqs Potestas, vel Capitaneus, qui esset affinis alicuius nobilis, modò fuit electus quidam dominus Guido de Fauēntia Potestas huius ciuitatis, qui contraxit sponsalia cum quadam nobili: quærebatur an esset affinis. Dominus Recuperatus tūc quia ego non eram hic, dixit quòd de iure suo affinitas non contrahebatur nisi per copulam carnalem, tamē bene dixit quòd de iure suo: quia potuit dicere quicqd voluit de iure suo, sed de iure ciuili per istam legē cōtrahitur affinitas per sola sponsalia: quia de iure ciuili debebat fieri computatio. dicam infrà in l. fina.

Vrisconsultus.

Parentes. Nota quòd parentes dicuntur vsq; ad tritauum. Et facit ad quæstionem: Dicit statutum q̄ quicunq; erat scriptus in comitatu, nec ipse nec eius parentes debeant scribi in ciuitate, & qualiter intelligantur parentes, & vides hic propriè qui sunt parentes. Item vides differentiam inter liberos, & posteros: quia liberi vsq; ad tertium gradum: posteri in infinitum.

Sunt & ex lateribus cognati. Vides q̄ quælibet persona facit vnū gradum. hoc de iure ciuili & idem in ascendentibus connumerantur de iure Canonico gradus eo modo quo de iure ciuili, sed in trāsuersalibus duo fratres sunt in primo gradu de iure Canonico, sed de iure ciuili in secūdo, vt hic. Pone: statuta tota die fiūt q̄ priores non possint eligere aliquem, qui sit suus consanguineus vsq; ad tertium gradum. debent intelligi gradus secundū ius ciuile, vel Canonicum, vt dixi in l. Labeo. §. eo. quia in affinitate differt ius Canonicū à iure ciuili, & gradus cōputatio, an in statutis debeat fieri secundū ius ciuile, vel Canonicum. Dominus Iaco. disputauit Bononiæ me existente, & dicit ipse, ista quæstio residet in hoc, an nos propriè numeremus gradum, an Canonistæ. & dicit q̄ nos propriè, & hoc per istum tex. quia sunt ad similitudinem scalarum. sed de iure Canonico fit per saltū: quia relinquitur vnus gradus, & dicuntur fratres in primo gradu, habuisse dicitur de iure Canonico nō propriè: vt l. ij. §. de vsufructu earum rerum, quæ vsu consumuntur. & ideo statuta cùm debeant intelligi secundū propriam significationē: & ideo intelligitur proprius gradus secundū ius ciuile. Certè domini, Beatus Gregorius determinat illā q. xxxv. q. v. c. ad sedē. & ibi dicit cum tractamus de matrimonio debemus computare secundū ius Canonicū: sed qñ de successiōe: tūc secundū ius ciuile. Et rō est: qa in matrimonio tractamus de cōiunctione duarū personarū, quæ efficiunť vna: & ideo duo fratres sunt in vno gradu, sed ī aliįs aliter fit cōputatio, s. de iure ciuili, vt hic. Et sic cōsuluimus b dñs Frāciscus Tigri. & do. Alex. & ego hoc anno, & ita cōmuniter seruatur in practica. Bar.

b

De suis & legitimis hæredi. Rub.

Glo. continuat rubricam: continua vt in ea.

1 *Intestabilis significat priuationem potentiæ.*
Intestatus priuationem actus.

2 *Pupillus & furiosus ex communi usu loquendi dicitur intestatus decedere.*
Statutum quòd mater non succedat filio intestato decedenti, verificatur in infante decedente.
Communis usus loquendi, licet non sit propria significatio: tamen propriæ significationi præfertur, & locum habet in statutis.

3 *Stante statuto quòd forensi decedenti ab intestato succedat ecclesia: si aliquis decedat testamento condito & postea ruptum est testamentum, quòd ecclesia non succedit. nec testamentum dicitur ruptum.*

4 *Aliud est, aliquem esse intestatum, & aliud haberi pro intestato.*

LEX I.

INtestati. Oppo. & videtur quòd ille, qui non potest testamētum facere dicatur intestatus, vt l. is cui. §. fi. s. de testa. Sol. Ibi dicit intestabilis: hic

1 intestatus. † Nam intestabilis est nomē. Vñ significat priuationem potentiæ. Vnde dicitur intestabilis, qui testari non potest. Hic verò dicitur intestatus, quod est participiū quòd significat priuationem actus secundùm positionem potentiæ, secundùm primam significationem: quia testari poterat.

2 Per hoc † dicit Pe. de Bel. per. erat cōsuetudo in Anglia q̄ si forēsis decederet intestatus, succederet ecclesia maior. modo decessit ibi qdā impubes & furiosus intestatus.

c Certè dicit ipse q̄ ecclesia nō succedit: qa ꝓpriè nō decedit intestatus: & ꝙba statuti debēt intelligi in dubio secūm ꝓpriā significationē: vt l. aliter. s. de le. iij. & l. j. §. si is q̄ nauem.

ue.de exer.per hoc etiam videtur ꝙ statutum ciuitatis quo ca-
uetur ꝙ mater non succedat filijs ab intestato,vel filijs, intesta-
tis ꝙ nō habeat locum in pupillo decedente:quoniam ille pro-
2 priè intestatus non decedit,vt hic:sed in partibus Tusciæ com-
munis vsus loquendi se habet ꝙ etiam ille,qui non potest face-
re testamentum,dicatur decedere intestatus. Et pro hoc facit
ista lex,quæ dicit,pro intestatis accipere debemus. Communis
enim vsus loquendi non est propria significatio:vt l. Labeo. de
supel.leg.& l.cum de lanionis.§.alinam.de fun.instru.tamen cō
munis vsus loquendi præfertur proprie significationi:vt l.libro
rum.§.quod tamen Caisius.s.de leg.iij.& ideo putarem matrē
repellendam.& ꝙ sic intelligatur de communi vsu loquendi,
3 est hic tex. Item†quæro,aliquis fecit testamentum, ꝙ postea
est ruptum agnatione,vel repudiatione hæreditatis:vtrum suc-
cedat tunc ecclesia,de qua dicit statutum ꝙ succedat decedenti
bus intestatis? Tex.hic videtur ꝙ sic:quia propriè est intestatus
quoniam testamentum rumpitur. Contrarium dico secundum
propriam significationem:quia consuetudo requirit ꝙ decedat
intestatus,hoc est,eo tempore.quo decedit,sit intestatus: vt l.in
delictis.§.si extraneus.s.de noxa.& l.Titius.s.de testa.milit.Sed
iste,qui fecit testamentum quod rumpitur, non decedit intesta-
tus tunc propriè cum moritur:sed tunc propriè cum destituitur
testamentum.hic est casus Insti.de leg.ag.suc.§.proxi. Vnde se-
cundum propriam significationem non succederet ecclesia:sed
ex cōmuni vsu loquendi aliter intelligimus,vt dixi. Tertiò no.
4 istū† tex.qui dicit.sed hos quoq; pro intes.&c. Ex quo habes ꝙ
aliud est aliquē esse intestatū,aliud ꝑ ītestato haberi:qa ista ver.
signāt īproprietatē. Dixi in l.p̄tor.§.si qs paratus. de ope.no.nū.

Quæri. Ex seruo,qui moram patitur libertatis, dicit̄ na-
sci suus & liber:nec dicitur nasci seruus, cum li-
bertatis moram patiatur.h.d.

Quare, Dicitur hic,siue naturalis.quæro vtrum debeat
intelligi de naturalibus tantùm, vel de naturali-
bus & legitimis.Sol.Intellige,scilicet de legitimis,vt no.in ea. l.
§.fi.Nam naturalis tantum non est suus quod apparet: quia nō
est in potestate:quia ex iustis nuptijs non est procreatus: vt In-
sti.de pa.po.in prin.& l.nam ciuium.de his qui sunt sui vel alie.
iuris quod ita sit,apparet:quia talis filius præteritus non habet
aliquod ius contra testamentum:vt no.in l.j.circa prin.de cōtra
tab.Secundā partē huius.§.de damnato crimine perduellionis
die vt dixi in l.q̄ à latrōibus.§.j.de test.& no.inst.e.§.p̄ cōtrariū.

1 ☞ *Nepos ex filio emancipato quod non teneat locum patris.*

Si filius. Dicitur hic quod filius desinit esse in potestate
capitis diminutione magna vel minore.q̄ro quid
de minima.Glo.videtur dicere ꝙ non.sed falsum videtur dice-
re:qa capitis diminutione minima desinit:vt in emancipatione,
qñ quis exit de potestate:vt §.minima. Insti.de capi.di.& l.tute-
las.de cap.di.& l.Gallus.§.& quid si tantum.s. de lib.& posth.
Sustinendo gl.dicas,ꝙ gl.intellexit hic,quando capitis diminu
tio contingit in persona patris:nam tunc per mediam & maxi-
mam liberantur à patria potestate,non per minimam: quia tran
seunt à patre in potestatē arrogatoris.Sed si intelligimus de ca-
pitis diminutione minima contingente in persona filij: tunc gl.
deberet dicere,media & minima:non autem deberet dicere: nō
1 minima.Quęro†vtrum hoc procedit hodie ꝙ filio emancipato
nepos teneat locum sui.Glo.tangit in l.Gallus.§.& quid si tātū
s.de lib.& posth.& tenet ꝙ sic,Ego tenui contrarium:quia ca-
sus est in contrarium:quia emancipatus succedit hodie ad simi
litudinem sui casus est in l.meminimus.§.j.C.de leg. hæredi.

Sed si quis. Succedere dicimur non solū ei, qui habere
desinit.sed etiam ei,cui spes habēdi deficit.
No.tex.ibi:non minus autem neptes quā nepotes succedunt in
locum parentum suorum.hoc ideo:quia tex.in corpore de hęr.
ab intest.dicit ꝙ in locū parentum veniunt filij:& filiæ eorum.
nec dicit de pronepotibus.Certè idem erit de pronepotibus: vt
hic:quia appellantur filij.

1 ☞ *Successorium edictum an habeat locum in suis.*
2 *Nepos an possit admitti sub omni conditione.*
3 *Filia exclusa à statuto non dicitur sua.*

Sciendum. Qñ quis intestatus decedit,an qs sit suus,tē
pus,mortis īspicit̄, sed si decedit facto testō
1 tps,q̄ testim̄ destituit̄,inspicit̄.h.d.No.† tex.ibi:quāuis successio

ccl xxx iiij.cōtentus authoritate Bar.& per Albe.in j.parte statutorū.q. xliij.

A D D E an pupillus dicatur decedere ab intestato Bal.consi.xxxij.de iure cō
muni.j.lib.& consi.xliij.quidam nomine Blasius.eo.j.lib.& consi.iij. & cō
munis opi.& consi.cccl x vij.& consi.ccx x xiij.statuto cauetur.Pau.de Ca.
consi.cclx xviij.Ro.consi.iij.& xxxij.Abb.consi.lxxv.ij.lib. Bal. etiā cōsi.
cccxlij. & lviij.j.lib.
& consi.xxj.& cclx
vj.iij.lib.Cal. consi.
xlvij. de testa. Et ꝙ
communis vsus lo-
quendi habeat locū
in statutis, adde Ma
the.no.xcvj.& Felt.
in proœ. decre.in gl.
j.col.iij.circa prin.Et
secundū opi.Bar.hic
cōsulunt Pau de Ca.
exlviij. in antiquis,
incipi.præsupposito
quodam statuto.

☞ POMATES.

2 ¶Propriè intestat⁹. No.deinde vide Ale. in l gñaliter in prin. C.de insti. & substi. vbi tenet contra Bar. hic,& vide Bal.cōsi. cccxlij.l iij.vo.et cō. xxxviij.& cō.xliij. et cōsi iij.in iij.vol. Ro.consi.iij.& cōsi. xxxij.Pau.consi.lx-vij.in j.vo.Phil. cor. in d.l. generaliter. & ibi Rapha.cu.referē. cōsuluisse Bal.& Sa lic.in hoc vide etiam Panor.cōsil.lxxv.in ij.colū. in j.dubio.in ij.vol. & consi.xxij. in ij.col.eo.vol.Felt. in proœ.Decr.in iij. col.& seq.Barb.cōsi. cxxxij.& consi.cxx vi.Ro. consi. cxcix. Cardi.consi.cxj.col. ij.vlti.dubio.

b ¶Secundo no. Et vi de domi.meum plenè dicto §. nepotes. Andre. Barba.

☞ POMATES.

c ¶Quæro, dicit statutum.Et vide Bart. in l.Titio centum. §. Titio genero de con di.& demon.& in l. filius.j.ad Tertul. in l. cùm ex filio. ff. de vulga.& pupilla.

☞ POMATES.

c ¶Quæro, dicit statutum. De isto puncto vide Ias.in l.qui se patris.in xxij. col. C.vnde lib.Alex.cō filio cxxxij.inci. visa facti narra.in j.vo lu.& de ratione isti⁹ statuti, vide Alexā. consi.ij.in iij.colū.in ij.vo.& consi.xx. in iij.& iij.col.in ij.vo lu.& consi.xx.in iij. & iij.col. in j.volu. & de talibus statutis vide Panor.consi. xiij.in j.volu.& cō silio clxxxvj. ad fin. eo.vol. vbi ponit an habeat locum in legitimato. Vide Barba. consi. iiij.in viij. columna in j. volū.

d ¶Priuata à statuto. Exclusus à statuto desinit esse suus, hoc

idem tenet Bal.in l.maximum vitium.circa fi.C. de libe. præte. quod perpetuò no.& ponit Bal.in l.cunctos populos.de sum trini. & per Ro. in l.apud Iulianum.§ idem Iulianus.ad Treb. sequitur etiam Ro.in l.ventre.ff. de acq. hære.in v.col.Et facit quod voluit Bal.in l.qui se patris.in antepe.colū.C.vñ li.vbi dicit ꝙ statutū disponēs vt filius possit se abstinere,tollit omnē suitatē, oēs ei⁹ effect⁹.qd̄ dictū sequit ibidē Pau.de Ca.& Il.j.C.si vt se ab hæ. abst.

A D D E quæ posui in l.maximum vitium.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Secunda Bartoli ſuper Infortiato.

a ¶Poſt conſanguineos. §. agnati. Quæro vtrum. Et vide Bar. in auᵗ. caſſa. C. de ſa. ſan. eccᵉ. Andre. Barb. ☞ POMATES.

b ¶Vel in capita. vide Alex. conſi. lv. in ij. col. in iiij. vol. vbi ponit quid in bonis feudalibus.

c ¶Recitat Et ibi latè per Ioan. Andre.

d ¶Succedant in ſtirpes. vtrũ nepotes ſuccedãt in capita vel in ſtirpes, & vide quod no. Bar. ſ l. j. §. ſi pars hære. pe. Et hãc opi. videᵗ etiã ſequi Bal. in feudis ſ c. j. in prĩ. de ſucceſ. feu. & per eũ in c. j. de ſuc. fra. in feu. & etiã ſequitur Bal. opi. Accur. in c. j. de nat. ſucceſ. feu. et vide Bald. in c. j. §. & gavidimus. qui feu. da. poſ. & Accur. & Bar. ſequitur etiam do. Franc. de Ramp. in d. auᵗ. ceſſante. & eſt cõis opi. & etiam eam diſputãdo quidã doc. excel. tenuit, videlicet do. Mar. de Math. in trac. de ſuc. ab inte. in tertio arg. prĩ. & in feudis. etiã vide no. per Bal. in l. ij. C. de ſuis & le. & in ſimili vide duasq. no. per Bal. in authẽ. poſt fratres. la ij. C. de le. hære. & tex. cũ gl. in l. lege. ad fi. eo. tit. Sali. in auᵗ. ceſſante. eo. titu. tenet opi. Azo. & cõſiliũ Bar. inci. ſup hære. domi. Nic. vbi tenet idem q̃d hic nullo additõ.

c ☞ Adde poſt Alex. q̃ cõſi. Bar. eſt cõſil. clxxiij. in codicibus noſtris. Rogo videas dominũ Vdal. zaſiũ in ſuis ſin. intel. charta xl. vbi totis neruis cõtra Bar. & cõmunẽ nitit. Ale. l. of.

e ¶Legitima. qa frater. Et iſtud idẽ phaſ ſubtilit̃ inducẽdo in auᵗ. de hæ. q̃ ab inte. §. reliquũ. & in §. ſi igit. d fun. in. ſ. huiᵘ priuilegiũ. et ſ §. ſiveró neq; fratres. hic alle. & ita ibi formant Iac. de Bel. & Bar. in lec. & facit §. ea. l. in prin. & ita cõſulẽdo refert Barto. tenuiſſe Frã. Per. de Peru. & Aloiſium de Laiſigliaſis de Floren. ibi etiam dicit recolẽdæ memoriæ Bar. hic ita tenuiſſe. & vide Bal. in auᵗ. ceſſante. de le. here. vbi vĩ tex. hoc etiã tenet Pau. de Ca. in auᵗ. poſt frẽs. C. d le. hæ. & in ſuo cõſi. cccl xvij. & Bal. in cõ ſil. inci. in Chriſti nomine, talis punctus eſt: Titius deceſsit. directò: aliusvtiliter. Dixi in l. qui ſe patris. C. vnde li. & in l. & exhæredatum. de re iudi. & ſic glo. bene dicit. Vltimò nota. gloſ. quæ incipit, & etiam concepti, &c. quam ſæpè allegat Dy. ad hoc, quod à quo remouetur genus, & quælibet eius ſpecies.

LEX II.

Poſt conſanguineos.

Not. q̃ inter agnatos non eſt locus ſucceſſorio edicto, ſed corrigitur, vt dicitur in gloſſa.

☞ *Filij duorum fratrum qualiter ſuccedent patruis, & auunculis: & qualiter cum eis, & qualiter alijs ſuccedent.*

Agnati.

Hæc hæreditas.

†Quæro, quidã deceſsit relictis filijs duorum fratrum nullis exiſtentibus conſanguineis. quæro vtrum [a] filij ſuccedãt in ſtirpem, vel in capita. [b] In hoc fuit opi. olim inter Azo. ex vna parte, & Accur. ex alia. Dicebat Azo eos vocari in capita: & no. ipſe in ſumma de legi. hære. & glo. recitat in auᵗ. ceſſante. eo. titu. in quo videtur reſidere glo. Inſti. de legi. agna. ſucce. §. hoc etiam. quod videtur priuari per illum tex. & per l. lege. xij. tabu. in fi. C. de legi. hære. & ſ. ſi pars hære. pe. l. j. in fi. & hoc §. in ver. hæreditatis. do. Accur. conſuluit contrariũ; & ego vidi in ſuis conſilijs, & hoc gloſſauit in d. auᵗ. ceſſante. & in d. l. j. in fi. ſi pars hære. pe. in gloſ. ſuper ver. hæreditatis. & in glo. ſuper verſi. vendicationem. dicens iura antiqua Digeſtorum & Codicis corrigi in hoc per d. auᵗ. Moderni doctores quidam tenent opi. Azo. vt Rofre. eius diſcipuli in titu. de bono. poſſeſ. vnde cogna. §. vlti. quẽ Specu. in titu. de ſucceſ. ab inte. recitat, & nihil firmat. Iaco. de Are. Dy. & Cy. ſequẽ do eos tenent opini. Accur. vt patet ex no. per Cy. in d. auᵗ. ceſſante. Iaco. Butri. ibidẽ tenet opi. Azo. quod ſuccedant in capita: & ſolùm ſuccedant in ſtirpes, quando ſuccedunt cum patruis per ius auᵗ. Ratio tũc eſt: quia ſucceditur contra ius commune, cùm patrui, qui ſunt proximio res in gradu defuncto, de cuius ſucceſsiõe tractatur, deberent præferri nepotibus, qui ſunt in remotiori gradu. Vnde hoc in priuilegiũ nepotum eſt vt in locum ſuorum parentũ ſuccedant. Sed quãdo ſuccederetur inter ſe nõ exiſtentibus patruis, remanerent iura antiqua incorrecta, vt videtur innuere tex. in d. auᵗ. de hære. ab inteſta. §. reliquum. circa fin. ibi: huiuſmodi verò &c. Ego verò inter tantas opi. cùm de facto occurrit, ab opin. Accur. non diſceſsi, nec diſcedo: imò eam teneo tanquam veram. Primò per tex. quẽ alle. in §. ſi verò neq; fratres. in auᵗ. de hære. quæ ab inteſta. Secundò per caſum in eo. titu. §. illud. qui §. præcedit. aliàs excedit §. ſi verò. vbi expreſsè dicit q̃ quando nulli ſuperſunt filij maſculi vel fœminę, filij fratrũ ſuccedunt in locum parẽtum ſuorum, qui erant in ſecundo gradu, & excludunt alios qui in tertio ſunt: licet ipſi in tertio ſint. & ibi de hoc tangitur per Iacob. de Belui. hoc etiam dicitur in auᵗ. ceſſante, verſicu. hi autem. aliàs incipit, poſt fratres autem ex vtroq;, &c. Apparet ergo ex prædictis q̃ etiam quando ſuccedunt cum his, qui ſunt pares in gradu, ſuccedunt in locum patris eorum, & ſic in ſtirpes. Præterea probatur: quia ſi aliud diceres, ſequeretur q̃ licet quo ad patruos ſuccederent in ſtipem: tamen inter ſe fieret diuiſio in capita, vt in hoc exemplo. Defunctus eſt Titius relicto fratre, & ex alio fratre vno nepote, & ex alio fratre duobus nepotibus, ille frater haberet tertiã nepotibus remanent aliæ duæ partes, quæ deberent inter ſe diuidi in capita ſecundùm prædictam opi. & ſic quilibet haberet tertiam: quia non vtuntur priuilegio inter ſe. Hęc conſequentia probatur in ſimili. ſ. de vulga. & pupil. qui cùm plures. & iſta cõ ſequentia eſt falſa: vt d. §. reliquũ. quia quilibet vocatur in eam partem, quam pater accepturus erat: ergo eſt falſum antecedẽs. Manifeſte ergo concluditur q̃ filij fratrum inter ſe ſuccedant in

d ſtirpes: [d] quod eſt verum. quando tractatur de ſucceſsione alicuius ex patruis, vel auunculis. Si verò tractatur de ſucceſsione aliorum: tunc remanent quod ſuccedant in capita: vt d. §. ſi verò neq; fratres. & ſic iſte §. in vno corrigitur, prout dicis de eo qui deceſſerit relictis filijs duorum fratrum, in alio exemplo remanet incorrectus prout loquitur in eo, qui deceſsit relictis filijs duorum patruorum. & ita de facto conſului in ciuitate Aſsiſij.

Parui.

Iſtud quod dicitur de adoptiuis filijs, die hodie vt in l. cùm in adopti. C. de adoptio.

☞ *Tertius ex utroque parente an præferatur tertio ex altero parente.*

Legitima.

Dicitur hic quòd ille admittitur qui eſt proximior. Dicit glo. fallit in multis, vt in glo. patet. Item do tibi aliam fallẽtiam in duobus fratribus, quorum vnus eſt coniunctus ex vno parente, alius ex duobus. præfertur ergo ille, qui eſt coniunctus ex vtroq; parente, in auᵗ. ceſſante. de leg. hære. & in corpo. vnde ſumitur. † Sed quid in terrijs, vtrum tertius ex vtróq; parente præferatur tertio ex vno parente tantùm pone exemplum duobus modis. Primò pater meus habuit vnũ fratrem ex vtroq; parente: alium ex vno parente tantùm: tractatur de ſucceſsione mea. Sed pone q̃ habens duos filios ex prima vxore accepit vxorem ſecũdam, & vxor habebat filiam ex alio matrimonio, quã filiam tradit nuptui vni ex filijs ſuis primi matrimonij, ex qua natus eſt filius. Filius natus ex ſecunda vxore

e eſt tertius huius filij ex vtroq; parente: quia frater [e] carnalis patris & frater carnalis matris. Filius primi matrimonij eſt tertius ex vno parente tantùm: quia frater carnalis patris. quæritur vtrũ in ſucceſsione preferatur. Circa hanc queſtionem vidi de facto. Hoc dico etiam ſalua meliori deliberatione, puto q̃ non. Nam illud, quod dicitur vtrum ſint ex vno parente, an ex vtroq;, non habet locum, niſi quando tractatur de ſucceſsione fratrum vel patruorũ. ſecus ſi de ſucceſsione vlteriorum: vt d. §. ſi verò neq; fratres. ibi enim ſola propinquitas inſpicitur in gradu, non vincula quibus iunguntur. ſecundùm hoc §. iſte in hoc non corrigitur. Ita debetis intelligere.

Interdum.

Proximior intelligitur de tempore mortis, ſi nullum conditum eſt teſtamentum: aliàs proximior intelligitur eo tempore, quo teſtamentum deſtituitur. hoc dicit.

Vnde velle.

Scripto hęrede repudiante ſuccedunt proximiores in gradu, cum onere fideicõmiſſi abinteſtato repetiti. hoc dicit. & eſt ſcabroſus §. Oppo. inter agnatos non eſt ſucceſsio: vt ſ. ea. lege, in princip. Solu. Illud verum, cùm vnus ex agnatis fuit eo tempore, in quo hęreditas fuit delata: ſed hic agnatus præſens deceſsit antequam hæreditas eſſet delata: ſed hodie in totum eſt ſucceſsio: vt Inſti. de legi. agna. ſuc. §. placebat. Item oppo. q̃ hæreditate non adita fideicommiſſum extinguatur: vt l. ille à quo. §. ſi de teſtamento. ad Trebellia. dicunt quidam q̃ hic fuit relictum à venientibus ab inteſtato. Sed certè hoc eſt contra tex. qui dicit q̃ fuit relictum ab hærede ſcripto. Quare alij dicunt quòd hic fuit hæreditas adita: ſed hoc eſt contra tex. qui dicit quòd fuit repudiata. Quare dic q̃ fuit relictum ab hærede ſcripto, & repetitum à venientibus ab inteſtato: aliâs non procederet, niſi fortè ſecundùm aliam lecturã. quæ eſt in l. eam quam. C. de fideicom.

LEX III.

Nteſtato.

Poſt decem.

De hoc dixi aliquid in l. Gallus. in principio, de libe. & poſthu. & Dy. ſ. de ſtatu homi. l. ſeptimo mẽſe. & ibi ſcripſi multa ſcripta magiſtri Gentilis.

Nepotes

1 ☞ *Nepotes propriè dicuntur illi, qui tempore mortis eius, de cuius successione quæritur, sunt nati.*
2 *Posteriorum appellatione comprehenduntur omnes descendentes in infinitum.*
3 *Emphyteusim si quis accepit pro se, filijs & nepotibus, quòd nepotes non concepti admittantur ad eam.*

a 2 ITem prætor. [a]No. textum ibi, non propriè, &c. Ex quo † habes q̃ nepotes propriè dicũtur illi, qui tempore mortis eius, de cuius successione quæritur, sunt nati. Sed pone: fuit statutũ hic tempore aduentus Imperatoris Federi. quòd aliqui nobiles essent ex banniti, ipsi & eorum filij & nepotes. Certè si sunt aliqui nepotes, qui non erant concepti: tunc non comprehenduntur, sed si vis q̃ ipsi comprehendantur, dicas q̃ ipsi & eorum posteri. Nam posteriorum † appellatione comprehẽduntur omnes descendentes. Hic est textus in l. Iurisconsultus. §. parentes. ſ. de gradibus. Item quæro: † aliquis accepit emphyteusim prò se, suisq̃ filijs, & nepotibus. modò nepotes non erant tunc concepti: an comprehendantur? Videtur q̃ non, vt hic. Dico q̃ isti nepotes admittuntur, & ex illo instrumento eis quæritur ius: quia hoc quod hic dicitur habet locum tantùm in acquisitione hæreditatis legitimæ. Et no. q̃ dico legitimæ: [b]& de bono. possess. intelligitur. secus in alijs acquisitionibus. Hic est tex. no. in l. Paulus. §. Paulus. de bonis lib. & scripsi in l. quod dicitur. de verbo. obli. Prædicta vera in acquisitionibus: in dispositionibus verò pœnalibus dic vt dixi ſ. in j. q.

b

c SI ex pluribus. [c]Ius accrescendi sequitur rẽ: & ideo ad hæredes trãsit. Ius substitutionis respicit personam: ideo ad hęredem nõ transmittitur. hoc dicit. Not. glos. ibi, & licet &c. quæ sit ratio huius legis dic vt hic in glossa.

CApitis. Rationem huius legis vide: quia per legem xij. Tabu. defertur hæreditas per nomina designantia agnationem, sed per emancipationẽ desinit esse agnatus: ergo &c. sed per senatusconsulta defertur hæreditas per nomina naturę, vt pater, mater: quæ nomina per emancipationem non tolluntur: vt l. tutelas. de capi. dimi. Sed hæc lex hodie corrigitur: quia sublata est differentia emancipationis & patriæ potestatis, per authen. de hæredi. ab intestato.

SI pater. Istius legis intellectum pono plenè in l. si is qui pro emptore. de vsurpa. pro empto. in tracta. de fictione translatiua. Oppo. de l. quod si filius. de capti. Respondit glo. sui iuris creditur decessisse quantum ad successionem ab intestato, non quãtum ad substitutionem pupillarem: & ideo dic vt in glossa. Tu verò dicas q̃ istud est verum, quantum ad pupillarem substitutionem: sed quantum ad tacitam vulgarem, quæ continetur in expressa pupillari: dic vt dicam in l. j. ſ. de vulga. & pupil.

Ad senatusconsultum Tertullianum. *Rubrica.*

LEX I.

SIue ingenua. Tota ista lex tractat de beneficio senatusconsulti Orficiani, per quod filius succedit matri, sed secunda lex loquitur de senatusconsulto Tertulliano, per quod mater succedit filio.

Si ea. No. hic casum specialem, quo hęreditas matris nõ adita, transmittitur ad hæredes. Et ratio est: quia absq; sui culpa adire non potuit. Alios casus habes in l. ventre. de ac. hæ.

Filio. Hic est bene nouus casus. Similem casum habes j. l. proxi. §. j. Iste §. videtur de verbo ad verbum contra l. intercidit. de condi. & demon. & contra distinctionem, quam dedi in l. si cognatis. de rebus dubijs. vbi dixi q̃ ille, qui efficitur seruus hominis, & postea liber, admittitur. secus si efficiatur seruus pœnæ, dicitur hic totum econuerso. Respon. in successione ex testamento procedit illa distinctio, quam dedi in d. l. si cognatis. in j. lectu. sed in successione ab intestato erit distinguendum totum econuerso. Ratio est: quia ille, qui efficitur seruus hominis, non efficitur eius conditionis, vt nõ sit successibilis ex testamento: quia alium potest facere hæredem ministerio suo: vt l. si pater. ſ. de hæredi. Institu. sed ille, qui efficitur seruus pœnæ ex testamento sit insuccessibilis. & si restituatur, videtur alius homo: vt l. si seruus. in fin. ſ. de adimen. lega. in successione verò ab intestato totũ econuerso. Nam ille, qui efficit seruus hominis, desinit esse agnatus, vel cognatus omnino. Et licet efficiatur liber: nunquã reassumit: quia remanet liber tus alienus: ideo nunquam ius succedendi recuperat, vt hic. Facit l. homo liber. de statu homi. sed si seruus pœnæ efficitur, & restituatur: naturalia, & ciuilia iura recuperat: meritò habilius ad succedẽdum reperitur. quod intelligo verum: nisi hæreditas per alium esset apprehensa: vt no. in l. Gallus. §. & quid si tantum. in fi. glos. magnæ. ſ. de libe. & posthu.

a ¶Item prætor. Vide gl. & doc. in l. j. C. ad Orfi. & ad istũ text. no. ibi, nõ, ꝓprie &c. bene facit glo. no. & q̃ ibi in l. qdã si nepotes. de testa. tu. & pro intellectu huius l. vi de Bal. in l. si in personã. C. de fideicõ. not. ꝑ Bar. in l. j. C. de his q̃ ante aper. tabu.

b ¶Legumé. vide Bal. dũ l. q̃ se pauris. C. vñ lib. & etiã in vlt. q. & l. si in personã. C. de fideicom.

c ¶Si ex pluribus. Vide Bal. in l. j. in xj. q. C. qũ nõ pe. par. sed si casus subsistit. locũ non habet, an recedat ad cõtunctũ, vel ad quẽ, vide Bart. in l. te conuncti. in iij. q. ij. q. prin. de lega. iij. qa est qõ. valde notabi. ❧ POMATES.

d ¶Qui operas. Quid sit interpretatio, vid Bar. in l. ab executione. C. quo. appel. in prin. & habes tex. & ibi Bal. in l. Gall⁹. ſ. etiã si parente. de lib. et posth. Et quot modis hic sumat interpretatio vid late bal. in l. iij. C. de lib. ꝓter.

e ¶Si quis adita. Adde Bar. in rub. C. de suc. edi. et in l. ex contractu. de re iudi. vbi latius. & in l. j. in vlti. q. prin. de vul. & pu.

f ¶Quod ait senat⁹. Et vide Bart. vbi ponit decẽ quæ impediunt litẽ cõtestari, & l. posquã liti. C. de pactis. Io. An. in addi. in tit. de exe. sen. prope fi. Bar. in l. & si instrumẽta. C. de fi. instru. lib. x. & vide Bal. in l. leges. C. de legat. & sing. dictũ bar. in l. cũ lex. ſ. de leg. qd' not. ꝑ cano. in c. fi. de consti. Bart. in l. illicitas. in princ. de off. pręsi. And. Barb. ❧ POMATES.

f ¶Quod ait senatus. Vid Fel. in ru. de ꝓscrip. ver. illis casibus in eo. §. ver. ista verba. in prin. vide Feli. in c. fi. de cõsti. Fede. consi. clxvj. & consi. clxxxiij.

g ¶In præteritis. Exceptio præscriptionis ꝑdit litis ingressũ. Adde Bar. in l. fi. j. ꝑ tuo. & qd' ibi dixi.

h ¶Habui q. No. q̃ ista tutũ qd' loquitur de præteritis & futuris. Adde latiꝰ Bart. in l. omnes populi. in v. qõ. princ. de iusti. & iur.

1 ☞ *Interpretatio quid sit.*

d Qui operas. [d]No. glo. quæ dicit interpretor. i. corrigo. Ex quo habes † quid sit dicere interpretatio. Simile notatur in l. j. ſ. de ori. iu. & ibi glo. alle. istũ tex. Op. j. §. proxi. Sol. Illud quod dicitur hic de damnato rei capitalis, non corrigitur: sed solum id, quod dicitur de eo qui locauit operas suas, vt cũ bestijs pugnaret.

e

1 ☞ *Quæ est ratio q̃ hæreditas quæ defertur ex senatusco sulto, non tollitur per capitis diminutionem: sed illa quæ per l. xij. tabu. sic.*

Capitis. Quæ est ratio † q̃ hęreditas quæ defertur ex senatusco sulto, nõ parit capitis diminutionem: sed ea quæ defertur ex l. xij. Tab. sic. Rationẽ redit tex. in l. tutelas. ſ. de capi. dimi. quia per senatusconsultum defertur hæreditas per nomina naturalia. sed capitis diminutio nõ tollitur per nomen naturale: quia nihilò minus remanet mater vel filius. sed per l. xij. tabularum defertur hæreditas per nomina iuris, vt suis & agnatis: sed per capitis diminutionem desinit quis esse suus & agnatus: ideo tollitur per capitis diminutionem quod nota.

f

1 ☞ *Excluſit ab hæreditate per beneficium restitutionis in integrum licet remaneat hæres de iure ciuili tamẽ non impedit, quin alius sit hæres de iure ciuili.*

e Si quis adita. [e]De hoc §. feci plus ries magnum festũ, in quo habes † q̃ ille, qui per restitutionem in integrum excluditur ab hæreditate, licet de iure ciuili hæres remaneat: tamẽ non impedit, quin alius possit hæres esse de iure ciuili, vt dixi in l. j. §. post suos. ſ. titu. j. & hic est casus pro opinio. glo. in l. qui se patris. C. vnde libe. Oppo. glo. de l. fina. de suc. Solue vt ibi.

f

1 ☞ *Exceptio præscriptionis impedit litis ingressum.*
2 *Clausula. & hoc locum habeat in præteritis præsentibus & futuris, quid operetur.*
Statutum quod filia non succedat extantibus masculis, & habeat locum in præteritis & futuris, quod nõ habet locum in filia, quæ cum fratre duiserat.

